



**De imitatione eruditorum quorundam Libelli qua?m  
eruditissimi, puta, : Caelii Calcagnini ad Ioannem Baptistam  
Gyraldum, phisicum primi nominis super imitatione  
commentatio, iam primum aedita : Ioannis Francisci Pici ad  
Petrum Bembum : Petri Bembi Responsio ad eundem : Philipp  
Melanchthonis ad Albertum & Ioannem Reissensteyn  
adolescentes : Angeli Politiani super eadem re epistola ad  
Paulum Cortesium : Pauli Cortesii Responsio ad eundem ex  
ipsius Epist. libro VIII.**

<https://hdl.handle.net/1874/421198>

# DE IMITATI

ONE ERUDITORVM QVORVN=dam Libelli quam eruditissimi, PVTA,

CAELII CALCAGNINI AD IOannem Baptistam Gyraldum, Phisicum primi nominis super Imitatione commentatio,  
IAM PRIMVM AEDITA.

IOANNIS FRANCISCI PICI AD Petrum Bembum.

PETRI BEMBI RESPONSIO AD eundem.

PHILIPPI MELANCHTHONIS ad Albertum & Ioannem Reiffenstein adolescentes.

ANGELI POLITIANI SVPER eadem re Epistola ad Paulum Cortesium.

PAVLI CORTESII RESPONSIO ad eundem ex ipsius Epist.libro VIII.

ARGENTINAE APVD IOAN.  
Albertum, Mens Martio, Anno  
M. D. XXXV.

# ETATIMI EGI

etiamque missusque ambo

# AD IOAN/

NEM BAPTISTAM GYRAL=

dum Physicum primi nominis, Cælij

Calcagnini super imitatione

commentatio.



Væ literæ, uir clariſime, magnam  
mihi profeſto ſpem attulerunt,  
rem latinam & egregia ſtudia fa=  
cile poſſe aliquando reparari, poſt  
quam & uos naturæ interpretes, & abditarum ar=  
tium profeſſores ſtudentes, pulcherrimas discipli=  
nas cum eloquentia coniungere, quas proximo ſæ=  
culo patres ac präceptores noſtri ita pugnare in  
ter ſe exiſtimabant, ut nulla conditione in foedus co=  
ire poſſe iudicarent: eratq; illa ſententia iam rece=  
pta atq; approbata, Philoſophiam & oratoriam ad  
uerſis frontibus pugnare: eosdemq; philoſophos &  
oratores nullo pacto poſſe reperiri. Sed eam ſen=  
tiam per facile ridebit, qui tuas literas legerint, ut=  
pote à ſummo philoſopho profeſtas, in quibus tamē  
omnes dicendi ueneres, omnia eloquentiae ſcitamen=  
ta admireremur. Bene itaq; ac fæliciter res habet, poſt  
quam & recte ſapere, & cōmode dicere concilia=  
uimus: & iam lingue pectus, lingua peclori ſucci=  
uimus.

## DE IMITATIONE

nit. Illud uero mihi ure admirari subit, unde tibi in  
mentem uenerit, requirere à me imitationis rationē:  
Et quid illud sit, q̄ potissimum imitari oporteat, quū  
tu ipse iam tantum dicendo profeceris, ut non modo  
tute ipsum imitari possis, sed alijs quoq; imitationis  
exemplum præscribere. Sane si ego ad te hominem  
tante eruditionis, tantiq; profectus de imitatione  
scribere quicquam ausim, periculum est, ne quis  
me improbe facere clamitet, qui Mineruā doceam,  
in sylvas qui ligna feram: Præscriptum quum ex  
tuarum literarum testimonio intelligam, te clarissi  
mi cuiusq; conditoris super imitatione sententia ex  
plorasse, ac propē nihil inexcussum reliquisse, ut  
iam mihi, uel si ingenio maxime polleam, nihil fiat  
reliquum, quod in medium affirre possim. Proinde  
si à ceteris ad satietatem inculcata ad aures reuo-  
cem, actum agam: sin abeuntes in diuersum, senten-  
tias quasi disceptator in trutina expendam, neq; id  
sine multorum offensa efficere possim. Ne igitur ad  
alterum aut alterum scopulum offendam, hæc initia  
est à me ratio, atq; hoc propositum est temperamen-  
tum, ut prætermis aliorum sententijs, quid ipse sen-  
tiam brevissime perstringam.

Imitatio  
nunq; non  
pernecessa  
ria iudica-  
ta est.

In confessso est imitationem omnium ætate fuisse  
pernecessariam. Quum enim ars nulla nullaq; erit  
ditio à suis initijs absoluta inueniatur, sed omnes per  
suos

CAELII CALCAGNINI.

suos gradus producantur, sane cum qui cupit cele-  
res progressus facere, oportet quæ ab alijs inuenta  
atq; obseruata sunt, ea sibi in exemplum proponere  
quod ni fiat, artes omnes semper ad limen subsistant  
neq; ultra progrederantur necesse est. Tantū enim  
semper promouebunt, quantum unius hominis dili-  
gentia & cura adsequetur: Quæ uero ab alijs pre-  
meditata fuerint ac premunita, ea in obliuionem abi-  
re oportebit. Hac igitur ratione ars dicendi suis in  
rudimentis semper manebit: & qui animū ad scribē-  
dum appulerit, satis existimabit, si ex tribus muneri-  
bus quibus fungi debet orator, unū modo aucupetur,  
et quantum dicentis audientis q; intersit, tantū posse  
in medium proferre: nam delectare & permouere  
aut parum, aut sanè nihil ad se arbitrabitur pertine-  
re. Admirabiles ergo illas opes Demosthenis, ubi  
rimos illos flores Isocratis, cumulatissimos illos Ci-  
ceronis thesauros nullus agnoscet: sed quasi tum pri-  
mum oratoria in lucem prodeat, nunquam ultra in-  
fantiam promouebit. Hoc enim accidat, necesse est,  
si ex rebus humanis imitationem ablegaueris quam  
quum omnī qui recte iudicarunt, consensus appro-  
bauerit, tu maxime in dicendo hoc nostro saeculo ne-  
cessariam opinamur, quo non solum eloquentia de-  
sicit, sed uernacularus etiam ille nostrorum maiorun-  
erimo in desuetudinem abiit: cuius locum fœdiſsimi.

## DE IMITATIONE

barbaries, ex uariarum gentium colluione, que su-  
perioribus seculis Italia inuascerunt, coalita occupauit  
ut iam proprias et consuetas patrum & auorū uo-  
ces requiramus. Quid dicā q̄ huic uitio, q̄ parfuit  
omnibus machinis a nobis deturbari, ita patrocina-  
mur, ut iā inuenti sint, qui illud rationibus foueant,  
et certis regulis adiuucent, et, si Dīs placet, uere ac  
germanæ latinitati præferant? Quæres multa præ-  
clare nata ingenia in transuersum abduxit: quippe  
quæ inueniētis paratisq; frugibus, glandibus tamē ue-  
scimant. Hoc est hoc, scilicet q̄ efficit, ut imitationis  
præsidio magis egeamus. Nam anteq; maiestas im-  
perij Romani pessum iret, et splendor Latini nominis  
obsolesceret, quū cetera ad imitationē uocarentur,  
uerba certe cū lacte nutricis hauriebamus. Necq; in  
ijs querēdis multis labor suppotebat: spōte siquidē  
intra priuatos penates occurrebant. Nunc autem in  
tam perdita tēpora incidimus, ut in uerbis perquirē-  
dis etiam frustra laboremus, nisi ad ueteres ac rece-  
ptos cōditores perfugiamus, quorū autoritate inni-  
tamur, quos imitemur, quorum exempla mutuemur.  
Nā protritæ uoces illæ, qbus nō dico uulgus et taber-  
narū mancipes utūtūr, sed ipsi proceres, qui rerum  
in Italia potiuntur, tantum abest, ut præfidij & cō-  
modi quicq; ad eam rem nobis afferre possint, ut mul-  
to maxime à uia nos deducant ac transuersos agant.  
Decepti enim uicinitate & quasi uocum imagine,

## C A E L I I   C A L C A G N I N I .

manifestarios solœcismos barbarismosq; incurri= mus, adlecti præscriptum tabellionum & exceptorum frequentia, qui omnes hæc sordes in tabulas formu lasq; suas, non dicam promiscue, sed ambitiose, & cum plausu congerunt: resq; mira dicta euenit, ut quanto quisque corruptius dixerit, eò inter suos populares maiore laude prouehatur, idemq; ampli ore quæstu dignus existimetur. Quid uero ego in hoc censu tantum tabelliones & exceptores appello, quum iuris Romani, & sanctissime Philosophie, aliarumq; pulcherrimarum disciplinarum professores in hoc maxime errore uersentur? Nam postquā artem dicendi à rerum cognitione excluderūt, id est, ut clarius dicam quod sentio, postquā antiquos scriptores imitari desierunt, accidit illud quod fuit necesse, ut optimas & splendidissimas Commentationes fœdissime inquinauerint. Non enim iam ex fontibus & conceptaculis, sed ex impurissimis lacunis, uerba, & totam dicēd rationem corriuant. Hi sunt apud quos sol & homo hominem causantur, & qui arcanos naturæ effectus contemplantes admiratio ne afficiuntur. Quia tametsi suam cauſsam tueri solent ea ratione, quod plus pectori quam lingue tribuant, quodq; egregie sentire, quam perpolite loqui præstet, nunquam tamen illud effugient, quin iure uitio detur, eos res præstantissimas, magnaq; aestimationis in ordinem redigere, ac neglectui habere.

## DE IMITATIONE

Quod si qui per desidiam feracem agrum sinebant  
sterilescere, uel equum ex publico acceptum incuria-  
ose habebant, & strigosum esse patiebantur, ijs cen-  
soria nota inurebatur: quanto iustius eos mores, &  
ad naturam, quam quae ad inquirendam ueritatem  
spectat, rem inter omnes sanctissimam, qua nihil ma-  
ius aut melius à Dijs immortalibus hominum generi  
datū fatemur, despiciatissimo orationis genere defor-  
mant atq; confusurant non secus ac perditissimi il-  
li Ganeones, qui in Dionysij Syracusani conuiuo  
exquisitissimas epulas infuebant, ut soli ipsi sine æ-  
mulo heluarentur, ac cæteros conuiuas rei foeditate  
ab eisdem absterrerent: & si sane proximæ etat-  
is Philosophis res magna parte ex uoto processit.  
Nam pleriq; auspicato literis initiati perterriti por-  
tentoso orationis genere, cognitionem maximarum  
atq; optimarum rerum auersati sunt.

Sed ego parcius hanc partem attingam, quod il-  
lud genus hominum pridem multorum & clarissi-  
morum stylo explosum atq; proscissum est. Ego cer-  
te de ijs nulla alia caussa mentionē feci, nisi ut omnes  
intelligant, ob id eos in hanc tam iustum accusationē  
incidisse, uel quod nescierint, uel quod graue duxer-  
int ueteres imitari: suoq; ingenio freti, quod in ipsis  
fuit, circa abstrusas & profundas cogitationes se  
exercuerint. Quod uero aliunde felicendum fuit di-  
ccendi

## CAELII CALCAGNINI.

tendis scilicet facultatem prorsus abiecerint. Ex quo factū est, ut quæ natura sciungi non poterant, orationis & rationis cōsortia, quæ ideo nobis data sunt, ut non modo nobis sapere, sed recte etiā alios possimus monere, dissilire ac dissidere cœperint. Sed hēc uetus est expostulatio, cui facilius obtrectare possimus quam mederi. Ex hoc tamen non difficulter fortasse elici potest, id qd'tu Cynthi à me per literas cf= flagitabas, quid sit illud scilicet potissimum, quod in imitationem ueniat. Recle enim mihi videor responde posse, in eo plurimum esse imitationi locum, in quo minimus est ingenio. Dicam hoc apertius si potero, ut intelligas me desyderio tuo, si modo facultas affuisset, defuturum non fuisse.

Ex ijs quæ in rationem dicendi ueniunt, quedam Quæ in di insita sunt in re nobis proposita, quedam in nobis, cendit ratio quedam neq; in re, neq; in nobis, sed peregre accer nē ueniunt suntur. Quod si exemplo utilubet, quo res fiat illu aut sunt in strior, dicamus inuentione in re esse. Nam dicturus re nobis de cæde Clodij, statim tibi proponis seriem ac rei du proposita. Etum ad ueritatem maxime accommodatū, & quid prius, quid posterius factum sit, quid postquam ad manus deuentum est, quam potes perspicue conaris enarrare. Non quod nō possis ingenio quedā præmollire, aut exasperare, ut Cicero fecit Clodium insidiatorem ostendens, eumq; quantum potuit, in ini-

## DE IMITATIONE

diam uocans: contrà Milonem ab omni eximens suæ  
spitione. Impudens tamen sit, qui tam longe ab histo-  
ria, & à re ipsa gesta cuariet, ut nota inficietur, &  
caussam prodiisse suam, in ipsis statim initijs coar-  
giu posset.

2. Aut in      In nobis erit exordij apparatus, ut attentum, do-  
nobis sunt cilem, beneuolum auditorem protinus reddamus. Id  
facile fieri poterit, si naturam atq; ingenium homi-  
num apud quos dicimus, perspicerimus. Aliā enim  
præfationē Cato, aliam Cæsar approbauerit. Tum  
quomodo quis attentus, docilis, ac beneuolus effici  
posset, à nobis petimus. Eadem ratione natura no-  
bis suppeditabit, quid prius, quid posterius, quid in  
medio orationis statuamus. Vnde elucet admirabi-  
lis illa dispositionis coordinatio, qua qui commode  
uti nouerit, hunc Plato Dijs cœlestibus parē existi-  
mat. Ad eundem calculum uenit ea pars, que argu-  
mentis colligit & probat, aut diluit, aut refellit ali-  
enas argumentationes: in qua si quando comminus  
Alterca- conseramus pedem, altercatio appellatur, que una  
tio. pars omnium maxime paratum atq; procinctū in-  
genium postulat. Per oratio autem & amplificatio-  
nouissimæ quidem, sed omnium potentissimæ oratio-  
nis partes, & si à re ipsa multum trahant, ab Orato-  
ris tamē industria ac uehemētia imprimis pendent,  
anumorumq; motus comitantur. Et haec omnes quidē  
licet illæ

## C A E L I I   C A L C A G N I N I .

licet in nobis sita sint , suaq; in nobis habent semi= naria, à re tamē, & à subiecta materia opes & tem peramentum quoddam exquirunt : & ut ita dicam, se ad argumenti propositi imaginem propemodum effingunt . Sola est memoria, quæ ita in nobis tota de litescit, ut à naturæ beneficio magis , quam ab inge= nij facultate pendeat.

Ex ijs que neq; in re, neq; in nobis posita sunt, 3 . Aut ex= sed tota extrinsecus aduocatur, ea pars est, quæ ad trinsecus dictionem spectat, quæ orationi suppellectilem & aduocatur domesticū instrumentum subministrat , & ut ita di cam, tectorium superinducit, quam unam propriam oratori existimauit Cicero, eamq; ita admiratus est, ut eius explicādæ gratia nobilem illum ad Brutū li= brū scripsicerit , cui titulū Oratoris fecit : certe apud Græcos Rhetorice nō aliunde nomē accepit . Facit enī phrasin, id est, eloquētiæ corpus absoluit: & quū cæteræ partes reliquis artificibus cōmunes cū Ora tore sint: nam & prefari, & inuenire, & in mēbra digerere, tum refellere, & asseuerare, & certo fine cōcludere quæ scripta sunt, solent oēs qui nomē lite ris dederūt: sed dicere pro dignitate, et uerba inueni re rei propositæ accomodata, hoc uero propriū est & præstantiiss. magni illius eloquentie institoris mu nus: hoc illud est, quod nemo per se, suisq; uiribus cō fisis. uel diuturnitate tēporis, uel assiduitate studij,

## DE IMITATIONE

uelingenij fœlicitate unquā adsequatur: hic regnat,  
hic rerum potitur imitatio. Quisquis uero hac par-  
te imitari fastidit, potest ipse sibi placere fortasse, mi-  
hi uero plane operam frustratur, eiusq; profectus  
conclamat ac prorsus defletos puto. Nam quium  
in oratione præcipua uirtus sit perspicuitas, qui po-  
test ille plane ac latine loqui, qui nescierit se proprijs  
**Propria** uerbis id posse adsequi? Propria autem uerba ap-  
pellari, que in loco nata sunt ad rem ipsam signifi-  
candam, qualia sunt que à Varrone primigenia non  
cupantur. Eius sunt generis, que magnus ille Dia-  
lecticus in Cratyllo apud Platonem inuenit, que sum-  
mus Philosophus non ille quidem naturaliter facta,  
(sic enim eadem essent apud omnes gentes) sed hau-  
sta ex proprietate naturæ existimauit. Quod si ex-  
ornande orationi quis studeat, quomodo id melius  
facere potest, quam si translati commode uocibus  
**Translata** frequenter utatur? Translate autem uoces sunt, que  
ex loco in quo natæ sunt, in alienū migrarunt, que  
quasi stelle orationi interseruntur.

Omnia autem uerba aut seorsum, aut in contex-  
tu considerantur. Seorsum, ut pura sint, usitata, &  
rem significantia. Quum enim oratio instituta sit in  
auditoris maxime gratiam, quam indigna laude sit,  
si obscura fuerit, et apud homines consummatæ præ-  
sertim lectionis, egeat interprete? In contextu au-  
tem orati-

## C A E L I I   C A L C A G N I N I .

tem orationis, uerba concinna sint, apte inter se coherentia, quæ in ingressu orationis, & in exitu, maxime uoluptati aurium inferuant. Illud uero cum prudentia coniunctum est, ut qui dixerit, intelligat ac secernat, in quo genere ueretur oratio. Nam eloquens ille, quem se persæpe quæfisse, nunquam autem inuenisse Antonius profitebatur, cognoscet à se humilia subtiliter, magna grauiter, mediocria tempestate esse tractanda. At hæc tam diuersa nemo efficerit, nisi qui suscepito argumento obsecundauerit, & ad genus dicendi uerba temperauerit. Ex ijs innumeris schemata, ex ijs antitheta, ex ijs epichera= mata, & cætera in dicendo lumina effulgent.

Quid dicam de numeris, quibus quasi amentis contorta oratio fulgurat, tonat, & in animos hominum tyrannidem exerceat? utpote quos pro arbitrio in omnem faciem tum odij, tum misericordiæ, tum indignationis commutat. In numerosa oratione Aristotelis Poæana quartum omnibus præfert: Cicero, Brutus, atq; alijs longe diuersa sentiunt. Dichorius Asiaticis oratoribus familiaris est, & propcmodū in delitijs habetur. Et si uera fatemur, non est alius qui apertius auribus blandiatur. Quanta enim acclamazione Ciceronianum illud ex Rosciana exceptum est? Quid tam cōmune, quam spiritus uiuis & terra mortuis? mare fluctuantibus & littus eiectis?

## DE IMITATIONE

Ita uiuunt dum possunt, ut ducere animam de cœlo  
non queant. Ita moriuntur, ut eorum ossa terra non  
tangat. Ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluan-  
tur. Ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem  
mortui conquiescant. Ego uero, ut dicam quod sen-  
tio, hunc aurium pruritum in ijs omnibus pedibus  
animaduerto, quos quatuor salie syllabis metimur,  
Et proximam à fine attollunt. Sit exemplo illud ex  
Corneliana: Neq; me diuitiae mouent, quibus omnes  
Aphricanos & Lelios multi uenalitijs mercatoresq;  
superarunt. Ob id Poeana tertium, quarto multo li-  
bentius pretulerim. Hinc se germanos Ciceronis  
existabant, qui hoc fine periodum clauerant:  
esse uideatur.

Atqui hunc uerborum delectum, hunc appara-  
tum nemo assequi potest, nisi qui se assidue, accurata-  
tæq; lectioni dederit: qui in uoluendis scriptoribus,  
ijsq; præcipuis se diu exercuerit, & quasi concoxe-  
rit, ut ad scribendum deinde subactam operam affe-  
rat. Una est enim imitatio, quæ hac parte plurimum  
olleat, hæc obseruat, excerpit, seponit, quæ, quum  
tempus postulauerit, quasi ex penu depromat. Hæc  
olim erat Oratori accommodata, quum adhuc in  
ipsis crepundijs Latine lingue castitas ageret: quæ  
in Theatro, uoce una parum commode enunciata,  
uniuersus populus actorem exhibaret. Cur enim  
Cicero

## CAELII CALCAGNINI.

Cicero de bono oratore pronuntiaturus ad populum  
prouocat? Cur Demosthenes una dictione corrupte,  
sed ea consulo prolatā ἀναγένεται μίσθιος τὸν  
ἀνδρεῖον ὑπὸ acclamationem totius populi Atheni-  
ensis emeruit? μίσθιος nisi quod protritae ac per  
uulgaritæ erant dictiones, quibus docti, indocti promis-  
scue utebantur. Alioqui anicula una olitrix, non an  
notasset affectatū atticismum in Theophrasto. Ex  
quo nobis multo maxima illa difficultas adsurgit, de  
qua paulo ante diximus, dediscendi scilicet uerba  
corruptissima, que alij Gottis, alij Longobardis, alij  
Mauris & Vandalis accepta ferunt: ego ex omnium  
fece hausta contenderim. Novissimus autem labor in  
cumbit ediscendi atque ehibendi, scriptorū ueterum be-  
neficio, non dico que optima sunt (nam in hoc uete-  
res saluo adhuc populi uictoris gentium maiestate cla-  
borabant) sed ea quæ non sint pessima, quæ si non or-  
namentū orationi afferat, certe dignitatē non detra-  
hant. In collocatione autem uerborū, et numerosa o-  
ratione, illud non disimulabo, non nullam quoque par-  
tem naturæ deberqui, & acutis & grauibus omnem  
pronunciationem modulata est. In imitatione ta-  
men certum est, partem longe maximam, & ipsam  
quodammodo summam esse positam. Hinc est,  
quod Platonem legentes, heroicam quandam  
amplitudinem haurimus, & afflatus propè diuino

## DE IMITATIONE

Isocrates. incitamus. Qui uero frequentes sunt in lectione Isocratis, hi comp̄ta & undiq; picturata orationem effingunt, palestræ quam iuste pugnæ multo aptio-

Demosth. rem. Qui apud Demosthenem uersantur, hi bellum quendam concentū animo concipiunt, ut paulo minus ad arma proſiliant, & iam cœdem & sanguinem ſpirent, & uulnera afferre & accipere honestum putent. At quum M. Ciceronem admiruſt, dij boni, quis habitus oris? quæ animorū imago non ſenibus ingerit? quantis ille haſtas lacertis in orationib⁹ iaculatur? quos ille clamores, quos tumultus elicit? quoties indignatur? quos ille luctus, quas deploratiōnes animis inspirat, quum misericordiae uela inten-

Cicero. dit? Quale illud: O me miserum, O me infelicem! reuocare tu me in patriā Milo potuſti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero? & quæ ſequuntur quæ tantū ſecum ignis conuichunt, ut totus auditorū animus exardecat. Quid in ijs libris, quos de philosophia conscripsit? quam preſſe ingreditur? quam luculenter enarrat? quam fortiter redarguit? quam conſtanter affuerat? In ijs autem libris, quibus rationem dicendi prosecutus est rem planè admirabile preſtitū: ut quum libri illi minime ſint eloquētie capaces, tanta tamē eloquentia illos exornārit, ut non aliunde libentius eloquentiæ rationem mutueris. Et quota hæc portio innumerabilium laudum

## C A E L I I C A L C A G N I N I .

laudum? quas eminentissimus ille & plane incomparabilis orator promeruit, longe omni inuidia maior: quas præter Ciceronem nemo facile enumerauerit. Sed nos hæc pauca ea tantum causa attigimus, ut omnes intelligant, ei qui profecturus est in dicendo, imitationem optimi cuiusq; esse necessariam, qua ablegata ac reiecta, omnes conatus tacere, ac non aliter esse destitutos oportet, quam si nauis oneraria patato in mari, remittentibus uentis, inhibentibus nauis fluctuet tantum, neq; promoueat, neq; praestitutos portus sibi unquam pollicetur. Quod si nemo dubitat, quin ad imitandum optimus quisq; dege omni ligendus sit: neq; id dubitabit, Ciceronem sine conbus praefrouersia, longe omnibus esse preferendum. Nam rēndus. ex cæteris una aut altera uirtus peti potest, hic unus omnia implet munia, solusq; pomeria Romana eloquentiæ tantum protulit, quantū imperatorum nemo uictricibus armis imperium propagauit: ut non iniuria Apollonius Molonis, quem Ciceronem Rhodi orantem audisset, ingemuerit uicem Græcorum, quibus quum Romana uirtus imperium abstulisset, id quod unum reliquum erat, eloquentiam scilicet, Cicero quasi spolium ex decuictis ingenij in Romanam urbē referret. Nec à me quisquam putet hæc ideo dicta esse, quod cæteros scriptores in ordinem redigam, aut suo honore fraudatos uelim: absit

DE IMITATIONE

Cæsar. enim à me hic furor. An ego Cæsarem non suspicim⁹  
am⁹ qui ea scripsit animi magnitudine, qua deput⁹  
gnauit. Certe ego, si mihi argumentum offeratur, in  
quo ille uersatus est, Cæsarem quam Ciceronem imi-  
tari malim. Quid Liuum? quid Sallustiū? utrumq;  
diuersa uirtute eminentem? quid Celsum in re me-  
dica? quid Columellam in re agresti? Certe in histo-

Plinius: ria naturæ C. Plinium facile omnibus prætulerim, in  
cuius descriptione, nemo mirificas illas opes fœlici-  
ore penicillo exp̄ressit, nemo dulcius, nemo aptius  
Aristotelem, Theophrastum, totamq; illam doctissi-  
mam antiquitatē sub cōpendio repræsentauit. Cer-  
te me loca quædam ex Cicerone excerpta, & à Pli-  
nio repetita conseruentem, ingens admiratio perua-  
xit, quum ea commodius ac subtilius à Plinio enarra-  
ta, meo quidem iudicio, offendisse. Vsq; adeò mul-  
ti interest, cui quis materiæ describendæ nomen de-  
derit: mirum est enim, quantum in eo quisq; promo-  
ueat, ad quod à natura factus uideatur. Sed corru-  
pta adeò ad nos Pliniana lectio peruenit, ut, quod  
aiunt, Samnum adhuc queramus in Samnio.

Quomo Solent hoc loco nonnulli percunctari, nunquid  
do quate= ab eo, quem nobis imitandum proposuerimus, liceat  
nusue imi eadem prorsus uerba nihil immutata, nihil inuersa,  
tandum. in nostra scripta transferre? Anceps questio, & su-  
per qua neg⁹ uerba, neq; rationes desyderes: seu  
tu illam

CAELII CALCAGNINI.

tu illam propugnandam, seu oppugnandam suscep-  
peris. Quod si testimonij uti malis, autoritas clari-  
ssimorum se utring; proferet. Mitto ceteros, sane  
Vergilius.

Belli ferratos rupit Saturnia postes. Et:  
Vnus qui nobis cunctando restituit rem. Aliaq;  
loca innumera, tum ab Ennio, tum ab alijs prisci se-  
culi scriptoribus bona fide foeneratoratus deprehendi-  
tur: sicut illud à Cicerone detorsit, Proximus huic  
longo, sed proximus interualllo. Sed ex ipse Cice-  
ro: Timor mihi omnem sapientiam expectorauit.  
Et illud: Arcem facere ex cloaca. Nonné & illud  
Terentianum à Liuio Andronico acceptum est:  
Tutelapus es, & pulmentum queris.

Contra alius dixerit: Imitationem nihil esse ali-  
ud, nisi imaginē, ad quam quis stylum orationemq;  
conformet. Atqui in imagine quedam similia, que-  
dam dissimilia sunt, nulla sunt eadem. Nam si eadē,  
tum uero eueniet illud ridiculum, quod Lucianus ar-  
gute illusit in lōue Tragœdo, ut tunc Demosthenem  
pulchre imitati uideamus, quum Demosthenis ora-  
tionem transcriperimus, & manifesto plagij depre-  
hensi, quasi cornicula Aesopi, spectatoribus risum  
præbeamus: uel conuicti, adiudicariq; creditoribus  
nexumineamus. Sanè hoc censuram direxit Aristophanes,  
quum præfectus bibliothecæ Ptolomei ad-

## DE IMITATIONE

iuratisimos scriptores prescripsit, qui tanti aestima-  
runt aliena monumenta suis chartis inscruisse, ut ea  
protinus sui mancipij facta iudicarent.

Sunt etiam qui ab alijs accepta ideo mutanda non  
putent, quod priores illi optima quæque inuaserint,  
quibus peiora substituere non modo turpe sit, sed eti-  
am temeritati finitimum. Rursus alij fortiter audi-  
dum, & cum antiquis foriiter digladiandum sua-  
dent: nunq̄ enim nobis uerba defutura, uel propria,  
uel translata, uel ex contrario deducla. Exemplo fit:  
Ea res mihi perpetuo memorie condita manebit: Ea  
rem nulla etas mihi expunget, aut delebit ex memo-  
ria: Ea res nulla unquam obliuione obsolescet. In pri-  
ore illa sententia fuit Cicero, cuius uerba sub perso-  
na Crassi enunciata subiiciam, ut res melius intelliga-  
tur. In quotidianis aut cogitationibus, euidem mi-  
hi adolescentulus proponere solebam illam exerci-  
tationem maxime, qua C. Carbonem nostrum illum-  
inicum, solitum esse uti sciebam: ut aut uersibus  
propositis quam maxime graibus, aut oratione ali-  
qualibet, ad eum finem, quem memoria possem com-  
prehendere: eam rem ipsam quam legissim, uerbis  
alijs quam maxime possem lectis pronuciarem. Sed  
post animaduerti hoc esse in hoc uitij, quod ea uerba  
que maxime cuiusque rei propria, queque essent orna-  
tissima atque optima, occupasset aut Ennius, si ad eius  
uersus

C A E L I I   C A L C A G N I N I .

uerfus me exercecerem, aut Gracchus, si eius oratio=  
nem mihi forte proposuissim: ita si ijsdem uerbis   »  
uterer, nihil prodesse, si alijs etiā obesse, quo minus   »  
idoneis uti consuecerem. Aduersus Ciceronem   »  
stat Quinillianus, & grauissimo oratori, cui alijs  
reuerenter semper assurgit, audacter repugnat:  
eius quoq; uerbanō pigebit adscribere, ut quid præ  
clara ingenia utring; attulerint, agnoscatur. Neque  
ego πράξις με esse interpretationem tantum uo-  
lo, sed circa eosdem sensus certamen atq; emulatio-  
nem. Ideoq; ab illis dissentio, qui uertere orationes  
latinas uetant, quia optimis occupatis quicquid a i-  
ter dixerimus, necesse sit esse decrius. Nam neq; sem-  
per est desperandum aliquid illis quae dicta sunt: me-  
lius posse reperiiri: neq; adeo iejunam & pauperem  
natura fecit eloquentiam, ut una dere bene dici, nisi  
semel non possit: nisi forte histriionum multa circa  
uoces easdem uariare gestus potest, orandi minor-  
uis est, ut dicatur aliquid præter quod in eadem ma-  
teria nihil dicendum sit. Sed esto neq; melius, quod  
inuenimus, sit, nec par, est certe proximis locus. An  
non ipsi nos his ac saepius de eadem re dicimus, &  
quidem continuas nonnunquam sententias? nisi for-  
te contendere nobiscum possumus, cū alijs nō possu-  
mus. Nam si uno genere duntaxat bene dicitur, fas  
crit existimari preclusam nobis à prioribus utam in

Quintilia  
ni uerba  
l.b. 10. c. 5.

## DE IMITATIONE

dicendo. Nunc uero innumerabiles sunt modi,  
plurimæq; eodem uile ducunt: siue breuitatis gra-  
tia, siue copia: alia tralatis uirtus, alia proprijs.  
Hoc oratio recta, illud figura declinata commen-  
dat, ipsa deniq; utilissima est exercitationi difficultas.  
Quid quod authores maximi sic diligentius  
cognoscuntur? Non enim scripta, lectione secura  
transcurrimus, sed tractamus singula, & necessa-  
rio introspicimus: & quantum uirtutis habeant, uel  
hoc ipso cognoscimus, quod imitari non possumus.

Quod si mihi in re controversa liberum permit-  
tatur iudicium, illud uideor sine cuiusq; iniuria pos-  
se dicere, quedam esse tam proprie, tam apposite  
& ad rem explicandam accōmodate dicta, ut uix  
comutari possint, nūsi in deterius: quale Cæsarianū  
illud: Altero cōmeatu omnes copias terras flumen  
exposuit. Et Plinius Cæcilius, quum lachrimas ue-  
tigales eorum appellauit, quorum hæreditati pars  
detrahebatur nō potuit efficacius rem commonstra-  
re. Quū Cicero integrum discipulum uocauit, satis  
indicauit hominem nullis adhuc imbutum rudimen-  
tis. Neq; illud Cicerone quisq; melius dixerit: Aut  
opus sartum redimere, aut operam in diem locare.  
Quod si hæc usui ueniant, nemini fraudi duxerim  
ijs sine ulla inter pollutione uti. Quod si quis imita-  
ri tentauerit, me quidem iudice, non id faciet sine  
affectionis

## C A E L I I C A L C A G N I N I .

affectionis suspitione. Sed quum multo plura sint,  
que uarijs modis dici atq; exornari possint, et ut  
ita dicam, eloquentiae capacia sint, is apud me lon-  
ge potior fuerit, qui pluribus luminibus orationē ua-  
riauerit, et copiā in dicendo suam approbauerit.  
Quam rem video Senecam Ouidio uitio dedisse: sed  
uitium hoc tam amabile est, et magnis ingenij tam  
peculiare, ut non altero libentius uelim bene institu-  
tos adolescentes laborare.

Illud erit in imitatione precipuum, ut à pari, à  
simili, et quasi ex eadem uicinia multa contra-  
bas, et quasi reponas in promptuario, quæ oportu-  
ne deinde in rem tuam depromas. Exemplo sit illud:  
Cicero dixit, turpe esse amicitiam ad calculos reu-  
care. Tu hanc dicendi imaginē mille modis effinges  
multiformiq; persona indues: nam et beneficentia  
nihil reuocare ad calculos, et, probos in promeren-  
do calculis non uti, et, ingratos uocandoes esse ad  
calculos, et, neminem esse qui cum bonitate summi  
numinis possit calculis decidere, et, Legem talionis  
tacito consensu antiquatam, quod paribus calculis  
iniuriæ pensari non possint: co nmode pro loco et  
re præsente dixeris. Querunt humanarum artium Canon Po-  
studiosi: quis fuerit celeber ille, et ore omnium dictus licleti qz?  
Canon Polycleti. Ego Doriphorum illum uiriliter Plinius lib-  
puerum fuisse arbitror, ex quo omnes omnium mem 34. cap. 8.

## DE I M I T A T I O N E

brorum exemplum sumebant artifices: non ea quidem ratiōē, ut tam excellentis imaginis membra conuellerent, sed ut numeros eosdem tantum, eandemq; proportionem seruarent. Solus enim ille artem fecit se artis opere iudicatur.

Illud quoq; testatum uelim, nullam esse partem in arte dicendi, quae diuturna lectione, solertiq; imitatione non multo fiat melior atq; auctior, siue illa ex re pendeat, siue ex dicentis ingenio. Nam & exordia, quae exercpetuntur, & inuentio, que insita est in re, & coordinatio quae ingenij functio est, cetera deniq; quae superius enumerauius, si ad unam optimi & probatissimi cuiusq; referantur, infinitum est, quanto culiora absolutioraq; effici possint: sicut & reliqua naturae bona, si manu tractentur & mangonis artificio expoliantur, supra fidem splendescunt atq; illustrantur. Me igitur iudice primus locus sit imitationi in delectu uerborum, seu quae ad rem explicandam, seu quae ad exhortationem pertineant; in reliquis autem secundarius & postremus subsideat.

In actione incertum est, plus natura an cura uidelicat, certe suauitas uocis, & literarum expressio, quam in catulis laudauit antiquitas: quin & oris probitas, dignitas corporis, & faciles membrorum flexus naturae debentur; nec tamen huic omnia alio-  
qui

## CAELII CALCAGNINI.

qui Demosthenes non tantum opere dedisset Andro-  
nico hypocritæ, non Augustus Phonasco, non Ci-  
cero toties cum Roscio & Aesopo contendisset:  
neq; idem optasset aliquot locis suum sibi oratorem  
nō quidem palestritā, sed neq; omnino ἀπέλαυσος  
contingere. Atquine illud quidem omittendum puto  
hanc ipsam imitationem, quam candidatis studiorū  
ita commendatam uolunus, ut sine ea propè inanis  
sit omnis opera, tunc demum non solum inutilem fo-  
re, sed iacturam etiam allaturam ijs, quidam suis uē-  
ribus uti possunt, & quod adagio tritum est, sine cor-  
tice natare. Alienis enim semper uestigijs hærere, &  
serpentinastris, ut ait Varro, cum uti, qui per ætatem  
stare possit atq; ingredi, non modo turpe est, sed pe-  
riculosum etiam, quum non facile eorum uires coa-  
lescat, qui alienis peribus incedunt, alienis manibus  
pugnant, alienis oculis uident, aliena lingua loqui-  
tur: sui deniq; obliuii alieno spiritu uiuunt. Quippe  
hoc ijs per me liceat, qui nondum in suam tutelam ue-  
nerunt, quiq; per ætē præmanso adhuc cibo alun-  
tur, quorum adhuc membra fascijs effinguntur, &  
quorum adulta est ætas, & firmiores lacerti, ij iam  
prodeant ex umbra, iam profliant in campum, iam  
cum ipso lanista contendant, à quo olim solebant  
dictata accipere, suisq; cum eo uires expendant, nec  
cedant, sed contra potius adsurgant, periculum

## DE Imitat. Caeli.

facturi, an & ipsi possint ordinem ducere, & suo marte de gradu aduersarium deiijcere. Nec sane hoc loco mihi absurdum uidetur eius fabulæ meminisse, cuius authorem habeo Porphyrium philosophum, & in Academia, & in Lyceo præstantissimū.

In lucē ediderat Venus Cupidinē, mirabatur Dea, quod multos post menses à natali die, nihil auctior fieret Cupido, quæ causa eius moraretur incrementa, neq; intelligebat, neq; quid factō opus foret, aut quo modo huic mederi posset incommodo, prospiciebat. Patidicā igitur anū Themis a dī, cōsulit, responsum accipit: non ante illū iustos auctus habiturum, quām Venus alterum filium peperisset, in cuius æmulacionem ille succesceret. Venus responso Themidis accepto, it in Martis cōplexum, filium alterum parit, cui nomē Anterotis imponit, ceu bi Anticupidinis dixi. Tū uero mirū dictum quām repente, quā feliciter adolescit ille: certatim dixeris alterū in alterū contendere uter pulchrius ac præstantius se porrigit. Mirantur Dij.ceteri, tū uero in primis parentes, tam egregiam prolem exurgere. Ex ijs puto facile colligas, nulla præclara ingenia posse ingentes profectus facere: nisi habeat antagonisten, ut Grexi dicūt, qui cū decenter, qui cū collectentur. Neq; solū oportet ut cū æ qualibus uiuentibusq; contendamus: sed cum ijs etiam, quā olim scripscrunt, quos mutos magistros appellamus, alioqui futuri semper infantes. Finis.

# IOANNIS

FRANCISCI PICI AD PE

trum Bembum, de Imita=

tione Libellus.



Oannes Fran. Petro Bembo S.  
Vtrum tibi cum antiquos imi-  
tanti scriptores, tum de imitatio-  
ne mecum differēti assentiri an  
aduersari deberem, nondum sa-  
tis Bembe iudicau. Quando ipsos etiā ueteres, qui  
proponuntur imitandi, hac de re cum uarios, tu ani-  
mi dubios fuisse planè comperiebam. Ipsa quoq; ra-  
tio se se ita prebebatur & quam utriq; parti, ut quo uer-  
geret, non satis appareret. Quamobrem si quære-  
retur autoritas, si ratio desideraretur, quibus quasi  
germanis ad ueritatem indagandam iūjs utimur, lis  
adhuc sub iudice manere uidebatur. Verum enimue-  
ro dum cogitarem acrius, ipsamq; imitationem ani-  
mo uoluerem, in eam sum adductus sententiam, uti  
non nihil quidem imitandum asseuerem: usquequaq;  
uero non putem. Imitandum inquam bonos omnes,  
non unum aliquem, nec omnibus etiā in rebus, quod  
tute ipse arbitrabare. Qua quidem in re ut ita sen-  
tiam multa me mouent: eoq; animus inclinat, uti ad-

uersus te standum facile existimem : id ipsum tibi declarare tentabo, conaborque quibus potero rationibus, ut si non ego in te ( quis enim in amicum, et talis qualis est Bembus, id faceret ? ) sententiam feram, ipse tamen fortassis litteram secundum te dandam minime censem. Ac primum omnium satis constat, imitatores a Platone uel inani, uel nullo uerius titulo notatos: ut qui proprio digni nomine non habentur, nisi quod eis illa imitatione fecerit. In honesta uero  
**Plato,**  
**Horatius.** Flacci nomenclatura damnatos, et appellatos SERVVM PECVS. Hinc uideas omnes, quicunque; aliqua in re autores celeberrimi extiterunt, aliunde quam ex imitatione gloriam, que de rebus praeclaris gestis exurgit, eamque comitatur, ut umbra corpus, sibi ipsi quæsiuisse. Ac potius uel intenta contentione aduersatos prioribus, uel adnixos longo eos interuallo preterire, non sequi. Qui enim affecta cupit semper esse, primum sibi nunquam uendicabit locum ad quem uidetur uel naturæ propensio, uel nescio qua certe ambitio totis viribus anhelare. At  
**Homerus** imitatus dicitur Homerus Orpheum, adeò, ut carmen quod hic poëmati de Cercere composuo presti-  
**Orpheum** tut, in Iliade duobus tantum nominibus exceptis, oculatussimus cæcus ille transtulerit: nullus tamē inde honor est Homero partus: sed quoniam sonora magis grandioraque tuba res Troianas cecinit, multa illum et

## DE IMITATIONE.

illum & undeqaq; est gloria consequita. Obfuit Vergilius  
magis quam profuit imitatio Vergilio: quoniam prae Homero.  
clarissimo uati, & quod ad iudicium poëticum per-  
tinet, omnium omnino præstantissimo, nihil ferè ma-  
gis uitio uerti solet, quam imitatio nimia ueterū Poë-  
tarum, à quo tamen uitio longe illum abfuisse cen-  
se: neq; enim omnes aliorum imitatus est partes:  
suos ipse habet numeros, propria tenet lineamenta,  
dispositionemq; in primis peculiarem, & maxime  
propriam (ut alia taceam, que non sunt ei commu-  
nia cum ceteris) emulator ueterum uerius, quam  
imitator: & quanquam mutuo si non furto quedā  
hincinde quasi signa ueterum atq; torcumata car-  
psit ad ornanda suorum poëmatum edificia, pro-  
prijs tamen illa sunt ornamentis magis conspicua,  
atq; omnino magis illustria. Cicero quoq; neutiquā Cicero De  
Demosthenem, quod multis creditur, enixius est imi mōsthene.  
tatus: plerisq; sanè in rebus emulatus suum retinu-  
it filium, & instituta dicendi. T. Liuius Sallustio cla= T. Liuius.  
risimo historiarum scriptori palmam uel & quam ha Sallustius.  
buit, uel præripuit: diuersam tamen cucurrit uiam Corn. Ta\*  
ipsius consequendæ gratia. Debita quoq; laude nec citus.  
Cornelius, nec Curtius caruere: & primis illis & Q. Curtie  
alter alteri dissimiles. Quod si Græcam tractcs hi= us.  
storiam, que maior, quam inter Herodotū, & Athe Herodoe  
nensem illum, cum ducem, tum scriptorem rerum à tus.

**Tucydides** se gestarum differentia styli: utriusq; tamen laudes amplissimæ. Ad philosophos si deueniamus Græcos: Aristotelis eloquentia magnopere celebrata est cū Græcis, tum Latinis qui græce sciunt: Platonis uero nunquam satis laudata, cum tamen illius stylus huius sit graphio dissimillimus: nec etiam Atticæ similis musæ, quanquam celebratissime, & Platonis plane dissimili cum scribendi ordine, tum uerbis, qui **Xenophō.** bus hic ipse Xenophon κοινῶς, Plato autē κολασία (ut Græci dicunt autores) utebatur. Non defuit autem Aristoteli facultas imitandi eum, præsertim cum ius auditorij limen uiginti annos frequentissime contruerat. Non defuit eruditio, non iudicium: maluit tamen suo in calle præcedere, quam in lata aliorum via uel secundus esse, uel tertius. Inter Latinos uero, Ciceronem & Varronem que nam queso loquendi differentia: neq; enim hunc ille, quanquam undecimq; doctissimum, aut stylo imitatus est, aut ordine rerum scribendarum, & modo. Antiqui enim illi præclarissimi uiri nunquam aliquorum imitatione studebant, ita ut in eorum uerba, membra, circuitus iuraret, quasi semper infantes: quasi aliibus postponendi, quibus à parentibus extra nidum eductis, satis est si ter uel quater uolentes illos applexerint. Carpebant ex unoquoq; quantum satis esse uidebatur ad phrasim uel constitucandam uel ornandam, quæ

## DE IMITATIONE.

que tamen essent uel proprie cognata naturæ, uel  
accommoda materie que tractaretur; sic & Celsus Cor. Celsus  
& Columella clari, nitidi, pressi & elegantes: in aliis.  
tereo tamen egregia mundicies, in altero flosculi for Columel-  
tasse crebriores: imitationē in illis nihilominus uel a.  
nullam, uel certe paruam es depræhensurus: geniū  
propensionemq; naturæ eorum quisq; sequebatur.  
Et si enim homo oīm maxime uim obtinet imitandi,  
ut hinc & multa et uaria discere possit, quod scribit  
Arist. in Problematis, eaq; de caussa poëticam ho-  
mini naturalem esse primo, quæ ea de facultate libro  
scripsit, est aperte testatus: propriū tamen & con-  
genitum instinctū & propensionē animi natus est  
ab ipso ortu, quam frangere et aliorum uertere est  
ipsam plane uiolare naturā. Itaq; cū nostro in ani-  
mo idea quedā & tanq; radix insit aliqua, cuius ui-  
ad quodpiā muneris obeundū animamur, & tanq;  
ducimur manu: atq; ab alijs quibusdā abducimur, co-  
lere illam potius, q; incidere, amplecti q; ab alienare  
operæ pretiū est: nihil n. nostræ consulens fœlicita-  
ti, aut à uirtute alienū, aut noxiū nobis imperiū  
ipsa natura: ideam igitur, ut aliarū uirtutū, ita & re-  
cte loquēdi subministrat, eiusq; pulchritudinis affin-  
git aīo simulachru: ad quod respiciētes, identidē &  
aliena iudicemus & nostra. Neq; n. eā quisquā ad-  
huc pfecte attigit, ut hac in re illud etiā possit dicier,

NIHIL OMNI EX PARTE BEATVM.

Quandoquidem non unitaniū, sed omnibus & uni  
uersis distribuit præclara sua munera, ut ex ipsa ua  
rietate totius uniuersi pulchritudo cōstituantur. An

Zacris.

putat frustra prudentem illum pictorem censuisse,  
omnia se uno in fœmineo corpore reperi e non  
posse ad uenustatem, & incassum putas pruden  
tissimum oratorem eius industriam secutum, longe

Cicero.

etiam illum præterisse iudicio, qui ut imaginē illam  
pulcherrimi eloquētiæ corporis effingeret, omnis  
delegit viros facundia præstantes, cum ille quinq; so  
lium Crotoniatas selegisset uirgines pulchritudine  
celebratas: nec satis illis fidens, formam ipsam, seu  
speciem absolutam eloquentiæ, nulli prorsus addi  
ctam, sola imitatione dignum existimārit. Imitari  
itaq; eam debemus quam animo scilicet gerimus di  
cendi perfectam facultatem, qua & aliorum & no  
stra cum errata in obcundo loquendi munere, tum  
uirtutes etiam metiamur: siue ea ipsa penitus inna  
ta su idea, atq; ab ipsa origine perfecta, siue tempo  
re procedente multorum autorum lectione consum  
mata. Ea siebat ut M. Ciceronis aures semper De  
mosthenes non impleret. Ea ipsa patauitatem in  
Liuiu causabatur Asinus. Ipsa eadem & Brutus c  
lumbem Ciceronem, quanquam amicum præcipue  
iudicabat. Alij Asianum, tumidum, redundantem,  
numiun

## DE I M I T A T I O N E.

nimum, viro molior cm: qua etiam factum opinor, ut  
nec aliquem unum scrupulosius imitandum uel Celsus uel Fabius præcepérunt: neq; etiam ipsi fuerant  
Ciceronem, quem maxime laudant, imitati. Quid  
enim causæ fuit, ut tot illos uarijs non solum in rebus  
sed una eademq; in facultate diuersos dicendi artifi-  
ces posuerunt in medium? nisi ut uel ab hoc, uel ab  
illo quod placceret magis decerperemus, siue impul-  
su acti naturæ, siue iudicio. Nam qui non ita censem  
illud oro dissoluant, cur ij qui Ciceronē tam laudant  
quam qui maxime, illum ipsum tamen non sunt imi-  
tati stylo scilicet & figura dicendi? An id scilicet fa-  
cile non potuerunt, Celsus, Cecilius, Plinius, Fabius  
alij Ciceronis seculo proximi? cum restarent adhuc  
tanquam reliquie, & inuolatae ille quidem, puri,  
Romaniq; sermonis, ipsamq; latinitatē sugerent cū  
lacte mitricum? An ignorarunt imitandum esse, ma-  
gnoscilicet & excellenti ingenio viri, qui & alijs de  
imitatiōe præcipiebāt? Dicendū potius uidetur eos  
noluiss: ne si uoluiss q; non potuerat afferamus, uel  
tacito nos eorum opponamus gloriæ: qui q; illi non  
potuere viri clarissimi, nos ipsi uel obtinuerimus, uel  
speremus. Dicturus est fortasse quispiam, eos qui ma-  
gis nobis placent, esse magis imitandos: quod ego  
quidem non condemnārim: p: accat pre alijs Plato,  
placeat Cicero, nō opiniōe solū, sed stylo Platonicus

IO. FRAN. PICI MIRAND.

eos sequamur. Nam quanquā sua est cuīq; propria facies animi, sicut & corporis, ut duos omnino similes non facile sit inuenire, minor tamen in animo nostro cū aliquibus præ alijs est dissimilitudo, atq; per hoc facilius erit nobis uti similes euadamus: meminerimus tamen nos simias non esse oportere, quæ de teriora sibi deligunt ad imitandum. Sunt enim qui neuos, qui cicatrices, qui maciē, qui excremēta etiā effingere uelint, uel nulla, uel minima ratione habita & lacertorū, & uiuidi roboris, & gratiæ: ab ijs nō dissimiles, quib; us magna est cura, ut rara quæpiā uocabula, quæ forte aut Ciceroni exciderūt multa scribenti, aut uitio temporū fuere in eius libros introducta, adeò ut si ab inferis excitaretur, à se prōpta negaret, gestientes surripiant: uel etiam quæ mancipes librarij integritatē lectionis, dū passim corrūpunt, edidere: ipsi obseruent magna cum diligentia.

Rhetori  
cæ partes.

Inuentio-

Superfluum præterea uanumq; existimari debet, si ad omnem Rheticam portionem imitatio adhibetur. Inuentio enim tum laudatur magis, cum genuina est magis & libera: explodiq; solet quæ repetiticia iudicatur, nedum accersita. Vnde nam quæso illud, furem non Poëtam fabulam dedisse? An etiam aliunde prodijt, ut illi omnes damnarentur, qui dum Musarum & Apollinis haberentur ludi, aliorū imitatione sibi quæsiuissent unde probarēt, & soli relata sit

## DE IMITATIONE.

lata sit à criticis palma, qui ex se se, & ex propria  
penu erudit promptus at obsonium animi: tametsi  
eo non ita conuiuarum gustus oblectaretur. Dispo= Dispositio  
sitio uero sequitur inuentionem ita, ut hic qualis fue=

rit, talem quo rite disponatur ordinem expetat, ne  
id quod effingis, quasi intellectile corpus orationis,  
aut uast a nimis, aut pusilla nimis, aut omnino pre=

posta membra deformant. Tua autē hic ut sit, nea=

cessariū dubio procul omni futurū arbitramur, eoq;  
maiori tibi fuerit admittendū diligētia, à te ipso uideli=

cet, non ab alijs petenda: quo maioribus ingenij uiri=

bus in ea persicienda opus est, si Plinio maxime cre=

diderimus affirmanti, & barbaros ctiā inuenire ma=

gnifice, & enūciare recte uero disponere & figura=

re nō nisi eruditis cōcessum esse. Elocutio uero num= Elocutio.

& ipsa sequitur inuentionē: quādo diuersam ad ma=

teriam diuersa phrasis adhibenda est. Num & ipsa

quoq; dispositionē comitatatur: huit. n. alia, illi alia tri=

buenda est: ita ut à te ipso oīs tandem pendeat oratio.

Nam de memoria & pronūciatione tacendū puto, Memoria-

quando earum neutra chartis mandetur: & alterā Pronun=

nulla existimatione tibi compares: sed ex matris(ut ciatio.

inquit Lucilius) bulga tecum feras: ut autē hic exer=

citatione persici solet, ita exempla maiorum alijs

partibus, que referri literarum monumentis que=

unt, opem ferre non mediocrem iure affirmauerim.

## IO. FRAN. PICI MIRAND.

Poteris enim inuentionem quapiam de re ab alijs  
traditam uel emulari, uel superare: poteris dispo-  
nere melius, eloqui etiam ornatius. Neq; enim quasi  
uetula mulier suis est uiribus parens effeta natura,  
ut nostro, scilicet hoc seculo quasi nimio partu lassa-  
ta defecerit. Nec Deus optimus maximus nostræ æ-  
tati non est largitus ingenia: utinā tam bene excole-  
rentur, quam bona sunt edita: & non inanibus nu-  
gis ac fabulis, quasi glande & siliquis edendis dedi-  
ta, sua alimonia fraudarentur. Ita enim macerata  
sunt nonnulla, & quasi tabe consumpta, alioqui  
suapte natura formosa, ut simulachri & euaniidæ  
umbræ magis, quam uiui animi effigiem præsefa-  
rant. Crescunt (ut mea fert opinio) uerius, quam  
decrescant ingenia. Multa enim que ad rerum spe-  
ctant notitiam, & nostrum seculum, & huic proxi-  
ma nouere, que docta illa ignorauit antiquitas. Lin-  
gua certe ueteribus illis cū Græca tum Latina quasi  
natiua adfuit: quam ab eorū libris petere nos opor-  
tet: quibus maior ea de re sit legitime laudis acces-  
sio. Illi enim uel nolentes, & in Hellade græce, & in  
Italia latine loquebantur: nobis Italis qui latine lo-  
quamus nedum græce, id nostra est partum & elas-  
toratum industria: inde fiet, & quum rerum aestima-  
torem si sortiatur nostra ætas, posse eos, qui nunc  
mediocriter loquuntur præcipuis illis & antesigna-  
nis iure

## DE IMITATIONE.

niſ iure præferri, qui ſcilicet inter Gothos, Vandaloſ, Hunnoſq; uerſati prifcam illam & tot ſeculis abolitam dicendi rationem aut teneant, aut tenere conentur imitatione continua. Quia etiam in re mira ſubtilitas, & forte nimia. Nam nec curſu ſolum ueteribus ſimiles, nec grecſu, uel eſſe, uel uideri uolunt quidam: ſed ita incedere, ut eorum in uelutigis ponant uelutigia. At ſi ueterum maiora uelutiga fuerint, ut etiam corpora, num in illis minor pes firma biur, an labefact, ſi ſolum maxime ſubudum fuerint ſi uero illa noſtris minora extiterint, num excluden tur curioſi pedes, & fruſtrabuntur uoto & æquum enim uelutigium quod omni ex parte quadrat quis inuenierit? ni calceorum fortassis officina quæpiam è Romanis eruta ruinis formulas nobis quaſdam ſubminiftrauerit. At quot ueterum pedes, tot calcei. Nec ambigas Bembe, etiā ſi antiqua ſandalia in abſconditis theſauris inuenieris, & aptaueris tibi, te unquam propterea poſſe à crūicis impetrare, ut antiqua credantur: efficiet hoc inuidia: ſemper ſimilitas erit in cauſa, quo ad illam ipſam dies longa præſerperſcrit. Neq; enim alia habebuntur quā in noua, hoc eſt, nō abſoluta, nec omnibus perfecta numeris: quod quidem in signis eueniire perſepe ſumus contemplati: que & ſi quando præſtantiora fiunt quibusdam, que uetustis illis ſeculis exculpia fuere, ni-

## IO. FRAN. PICI MIRAND.

hilominus cum ut noua circumferuntur, imperfectioribus posthabentur: tantum uana illa mille annorum imago quasi pestis inuasit hominum iudicia. Nam si uetera creduntur esse, si etiam spectator est animi dubius, antiquae sint, an minime, mira laus: nulla insurgit censura rigidior: at si compertū fuerit recenter edita, prodaturq; etiam nomen opificis: tum mille Aristarchi, tum & sibila quandoq; erit audire: tum non tertius modo cadet de caelo Catō: sed & Timon, atq; etiam Momus exurget ab inferis. Nouimus hominem scripsisse epistolās sub Ciceronis nomine, quæ non laudi solum, uerum etiam admirationi maxime fuerint: eundemq; ipsum epistolās Ciceronis suū adscripsisse nomen, demptis tantummodo ijs uocabulis, quæ prodere fallaciam possent: es' ne Bembe crediturus? quod illæ ipsæ Ciceronis epistolæ & rubras ceras, & virgulas, et asteriscos, & obelos, & sexcentas censorias notas perpeti quiuerint nouæ inscriptionis causa: que tamē ante a sub ueteri titulo fuerant nunquam satis laudatae & celebratae. Incassum igitur fategerat ille prioribus in epistolās, dum uerba rimabatur: dum cæsa metiebatur, & membra: dum circuitus deligebat, dum numeros mandabat memoriae, dum obseruabat linea metā, ut quæ scribebat, Ciceronis esse uideretur: poterat enim paruo impēdio & labore id præstare

## DE IMITATIONE.

flare titulus, & auferre. Sed illud quoq; ad nimiam  
auditatem imitationis cōpescendam facere potest:  
quod mediocris etiam autoris scribendi genus, nedū  
Cice. non imitabile uidetur omni ex parte: si que  
de complexu illarum muneris loquendi partium su-  
pra diximus, ad memoriam reuocentur: ubi enim in  
uentio, que quasi materia orationis est, eadem non  
habetur: nec forma, nec quæ illam nexus inseparabi-  
lis sequitur, dispositio eadem prorsus habebitur: si  
autem similis, quomodo: si dissimilis, nullo pacto cō-  
ueniet. Quotum autem quenquam reperias, etiam  
si accersas, Aesopi gracculum pennis ornatum alic-  
nis, qui quæ aliorum sunt propria, eadem prorsus  
& impudenter cogitat expromere, & impudenti-  
us disponat, & effutiat impudentissime? sed fac ea-  
dem esse omnia: mox dimoue lineamentum, uerte  
membrum, uaria numerum, tolle circuitum omnem  
orationis, integratatem sustulisti: adeò constat illa  
coagmenta nec eis omnibus que sibi propria pecu-  
liariaq; adsciscit, ut ex illis ipsis eisdem solis, non ali-  
enis, non mixtis, non permutatis, confletur atque  
dissultet. Huc accedit scripti genus uarium, quod  
uariam sibi quoque uendicat phrasin: Ciceronis e-  
num orationes, libri de Oratore, ad Quintum fra-  
trem, de claris Oratoribus, & alijs plerique ma-  
gno eloquentiae inundantur flumine, si non potius

Oceano, sed ille ipse tam uastus fluuius uix irrigat  
 Rhetoricos libros, & eos quidem uniuersitate, & de  
 facto inscribuntur: id: m̄q; ipse uix stillat in Topicis.  
 Mutatur quoq; etate mutata: & ab eodem Cicero=  
 ne dicta est canescere oratio, que alia itidē est dum  
 monet, alia dum respondet, diuersa quoq; dum de=  
 precatur, dum interpretatur, dum inuehitur. Va=  
 ria item pro uarijs animi affectibus, & sepe corpo=  
 ris, nedum rebus, que ipso sunt explicanda sermo=  
 ne. Hunc igitur unum dices imitandum, quem natu=  
 ra produxerit, ut in eo suas uires omnis experiretur  
 eloquentia: eo que fieri ut miscere, cum ipse sit etiā  
 uarius, ipsum Ciceronis filum queas: & quaque de=  
 re, que tibi dicenda tractandaque fuerit, possis ipsi  
 us more, & (ut sic dixerim) Ciceronianē loqui. At  
 forte ueritas esset inconnexo, ni duo illud aperte di=  
 straherent. Primum quod propterea quispiam non  
 esset Ciceroni similis. Huius enim uerba etiam si lo=  
 ca mutent, erunt tamen uerba Ciceronis, non autem  
 Ciceronis ea constructio, quam ipse non struxerit.  
 Sed tanquā ex lapidibus illius aliis murū confecerit:  
 cui si quispiam alienae calcis & intriti misceatur:  
 ne uero misceatur siccine quaquā poterit, sed et si la=  
 pidem lapidi iunxit hærentius, aut minus nume=  
 ri: plus in dolio mersauerit, nequaquam tullianus pa=  
 ries uic fūrurus est. Aliorum est quod tacito uideris  
 existimare

## DE I M I T A T I O N E.

existimare, ut cæteri autores legitimi non sint natu-  
re partus, sed ianquam abortiu: ac, ut cum eis præ-  
clare agatur, ueluti octimestris infantes habendi. Si  
ita reris, si ita censes, dabitur provocatio ad eloquē-  
tie magistros, antiquos illos quidem, & probatissi-  
mos: ipsum etiam appellabo Ciceronem: proposue-  
runt enim non unum quempiam, sed multos imitan-  
dos: nec id satis, ad ipsam ideam filium esse dirigen-  
dum præceperunt. Num igitur mihi queso licebit,  
num & expediet uim Demosthenis, quanquam eam  
expressisse Cicero dicitur, in ipso potius Demost. ubi  
inesse illam non ambigitur, & demirari & imitari  
sic & copiā Platonis, & iucunditatē Isocratis à fon-  
te puro, non à decurrentibus riuis, ubi ipsa misce-  
tur eloquentiæ lymphæ, combibere. Adde quod alio  
hic, alio ille charactere delebitur, & alia afficie-  
tur figura dicēdi: ut nec frustra, nec incōsulto uarios  
eiusdē rei dicendæ modos, quæ chriæ dici solent, ue-  
teres illi, qui eloquentiæ tradidere præcepta, exco-  
gitauerint. Nec nequicquam habuerunt diuersa ge-  
nera dicendi probari diuersitate uidelicet iudiciorū  
à diuersa humani temperamenti proprietate ma-  
nantium: hinc amplum & angustum dicendi genus:  
hinc exile & tenue: hinc ex utroque permixtum: in  
quibus qui excelluerint, diuersi diuersam quoq; sibi  
gloriam parauerunt. Hinc & siccum & nudum,

hinc succulentum & uario eruditio[n]is colore uesti-  
tum: & haec omnia introducta sunt duce natura.  
Erit enim ille suopte ingenio Laconice breuitatis  
amator, aliis Asiaticæ fertilitatis audiis, hic Atti-  
ce illus & aure & mediocritatis aestuabit desiderio:  
Rhodio ille temperamentu[m] delectabitur: tot sunt ua-  
rie animi uoluptates, ut etiā de numeris terminandæ  
clausulæ, & pedibus, multa sit inter antiquos atq[ue]  
inter Arist. et Ciceronē orta dissensio. Induebat ani-  
mū illi uarijs habitibus, ceu ip[s]is quoq[ue] uestimentis  
induimus corpora. Atq[ue] ut in his non secus in illis ua-  
ria materies, uariæ figuræ, uarij[us] colores & pla-  
cebant olim, & nunc etiam placent: sunt enun no-  
stra tempestate plurimi, qui panno uestiantur liben-  
ter, qui sit contextus ex lato illo Ciceronis stamine,  
& presso Plinij subtegmine. Admittunt etiam tra-  
mam Celsi, & Columellæ: alij, quia frigus fortasse  
metunt, conantur ut euolant scrinia Carmentæ,  
unde peplum surripiant aptandum sibi: Nec eo con-  
tentii, uetus[os] illos & Cariosos Romanorum augu-  
rum & Martiorum fratrum cophinos adeunt. At-  
q[ue] cum resciuerint Catonem & Ennium ditasse pa-  
triam, in eorum etiam supellectilem prædabundi  
& populabundi penitus irruant: nec desunt, qui  
asiniū cum existimeni bellum animal, & aurcum,  
de illius

## DE IMITATIONE.

de illius pilis sibi lacernam confiant. Qui uero ab alienati sensus hæc signa ducerent, artis medicæ regulis freti, audiant Hippocratem, etati, tempori, consuetudini quidpiam dandum esse præcipientem. Sed ut in summa dicam: ut uarij sunt autores, & in suo quique genere probati, uaria quoque humani animi propensio: atq; adeo diuersæ in eadem etiam facultate id est species uicem dicendi, lata, pressa, mediocris, austera, dulcis: diuersaque quasi filia diuersæ texendæ apta orationi: quibus de rebus apud probatos autores cum alios, tum maxime Dionysium & Hermogenem præcepta dantur, ad unam hæc omnia, quam in mente gerimus, ideam referenda sunt: & habenda est in consilio ratio, mixtioque paranda talis, ut una ex omnibus, que nulla sit illarum, sed perfectissima tamen illa quidem, quoad fieri possit, & confletur & coalescat oratio: tandem abest, ut quispiam unus usquequaque sit imitandus: quasi ille Deo præstaret Opt. Max. qui nobis usquequaque imitandus non proponitur: neque enim potentia eius possumus, nec sapientia aut debemus aut possumus omnino imitari: sed quia ille uoluit ex sole illo intelleculi nostris mentibus illucescere, ea ipsam excolere opere pretium est ad ipsis dei manifestandam gloriæ, ad accendendū nostris in pectoribus amore

IO. FRAN. PICI MIRAND.

diuinæ bonitatis: quæ quidem nobis, quoad uires no-  
stræ queunt efficere, proponitur imitanda amore  
intentissimo, & officijs, qui de illo prodeunt: quibus  
& boni ipsi efficiuntur, et umbratilis huius uitæ per-  
acto cursu omnino fœlices. Hec habui ad præsens  
Bembe de Imitatione quæ dicrem, sex (ni coniectu-  
ra fallor) aut septem horarum spatio, eoq; interru-  
pto, ac sine liberis, stylo & memoria usi, quicquid  
se obtulit arripimus, atq; cōpeginimus. Scis enim  
memore tabellarij, mutatis etiam ad celeritatem iu-  
mentis, hucusq; cucurrisse: sed neq; inficias iuero,  
me deprecari culpā, si qua occurrerint errata. Qua-  
re si hiulca magis & diuulsa, quam sonora & pres-  
sa compositio: si fracta & stridula, quam & quabili-  
us aut numerosa uidebitur, ueniam præstes oro: si=   
cut & poëticæ uenæ in ædendis inter expellendam  
Venerem atq; Cupidinem carminibus arescenti nu=   
per ut arbitror præstutisti. Qui enim fieri potest,  
ut præter hec etiam ab æquo non absoluas iudice,  
qui inter Theologos atque Philosophos nostrates  
istos recentiores, mente quidem plusquam subtiles,  
sed rubiginosa & plusquam barbara lingua diu=   
tissime uersatus, ad mansuetiora studia, ad rhetori=   
ca delinimenta, nūnerosq; poëticos interdum quo=   
dam quasi postluminio reueror. Quibus in nume=   
ris & exculta illa phrasī à prisca illis ducta tem=   
poribus,

## DE IMITATIONE

poribus. si nostro hoc seculo inter eos qui nunc ui-  
uunt, & nobis noti sunt, ipse ubi palmam non  
uendicasti (quod ego nequaquam ob=  
stinate negauerim ) propior  
tamen, aut es, aut iam  
breui es futurus  
primo,  
quam tertio.

Vale. Rome tertio=  
decimo Calendas Octobris. Anno,  
M. D. XII.

\*



# P E T R V S

BEMBV S IOANNI FRAN=  
CISCO PICO,  
S. P. D.



Ecole atq; amanter factum abs  
te est, quod eius sermonis tuas  
partes, que una de imitandis ra  
tione nuper habueramus, etiam  
tuis ad me perhumaniter scri  
ptis literis perserri uoluisti. Quanquam enim pro  
pter eximiam tuam in omni genere doctrinaru[m] præ  
stantiam, et meum summum erga te amorem singu  
latua dicta inhærescere penitus in sensibus consue  
uerint, atq; memoria mea: tamen ea ipsa prodita li  
teris, et stabilius atq; diutius permanent, et facili  
us repetuntur. Tum accidere etiam illud solet, ut ea  
que chartis mandantur, pleniora uberioraque sint,  
qua[rum] que homines inter se colloquuntur. Addit enim  
semper aliquid stylus et scribenti mora, crescitque  
cogitatione ipsa oratio. Itaque sermo ille tuus, qui me  
mirifice delectabat, cum te loquentem audiebam, idem  
perlectus in tuis literis, mihi sanè multò iocundissi  
mus fuit. Quibus omnino literis, quoniam me aman  
tissime prouocas, respondebo, non tam quidem ad  
uersandi

## DE IMITATIONE.

uersandi tibi studio, quam tuendi mei: neq; tam rea-  
fellendæ tuæ sententiæ caussa, quam ne, quæ merita-  
tiones impulerūt, ut eos laudarem, qui quidem, quæ  
scirent in eo scribendi genere: in quo sibi laboran-  
dum esse duxissent, excellere ac præstare cæteris, il-  
lum sibi unum ad imitandum proponerent, castura-  
tiones cognosceres, quas tibi coram explicandi mihi  
sanè otium non fuit. Sed antequam illò ueniam, peto  
abs te, quoniam initio literarum tuarum ita scribis,  
uideri tibi imitandos esse omnes bonos: cur in reli-  
quis earum ipsarum literarum partibus eos, qui ali-  
quando imitati sunt, universos uituperes, laudes nul-  
lum? Hoc si te propterea dices facere, quia malos  
quidem habeas, quos reprehendas: bonos, quos or-  
nes, non habeas: primum id quidem uerisimile non  
est, imitandi artem esse aliquam, que laudabilis sit,  
ea uero arte qui sit recte usus, neminem unum inue-  
niri: præsertim in tanta imitatorū frequentia, quan-  
tam necesse est & esse nūc, & fuisse antea omni tem-  
pore, & deinceps semper futuram. Imitandi enim  
uim atq; sensum, ac emulacione quadam mixtam cu-  
piditatem natura omnibus hominibus tribuit: quæ  
sedari & comprimi ratione quidem potest, euelli  
prorsus extirpari q; non potest. Deinde si tibi con-  
cedatur imitatum fuisse recte neminem, video enim  
tibi etiam Maronem ipsum bonum imitatorcm non

PETRI BEMBI EPIST.

uideri: cur eam probas artem, in qua tamē si immu-  
niterabilia se clarissima ingenia exercuerint, laudem  
tandem boni artificis, atq; nomen, tuo iudicio, nullū  
est eorum consequiū: ac planè cur non potius ad  
eorum te sententiam conciliasti, qui affirmauerunt  
imitari non oportere, damnaueruntq; quicūq; id fa-  
cerent, & quoquo modo? Ac quius enim fuerat, uel  
in illos te non inuehi, quorum artem antea proba-  
uisse, uel eam artem non probare, cuius amatis &  
studiosos homines tantopere fucras, tamq; multis  
uerbis improbatirus. Nam id quidem, que tua est  
in scribendo uis ac eloquentia, facilime assequeris,  
ut illos acriter ac uehementer insectere. Quam tu  
sententiam si essem sequutus, & tubi campum liberi-  
orem disputandi partescisses, & mihi laborem re-  
spondendi tuis literis nō attulisses. Reiecissem enim  
te ad Pauli Cortesij epistolam, bellam illam quidem,  
& cum argutulam, tum etiam trauem: qua is Poli-  
tiani uicini sui, docti me hercule ac ingeniosi homi-  
nis, sed, ut mihi quidem uidetur, non multum pruden-  
tis, leuitatem fregit: qui Ciceronianam illam scriben-  
di rationem atq; formam, à qua longiuscule abfuit,  
se se assequi nullo modo posse cū uidet, ad eos dan-  
nandos, qui sibi illum exprimendum sumpsiſſent,  
quāq; omnino stylum imitatione aliqua colerent, se  
cōuertit. Itaq; Paulus docti e sanè ac prudenter illius  
dissimula

## DE IMITATIONE.

dissimulationem reiciens, tibi etiam satisfacere potuisse, si cum illo sensisses. Nunc autem, cum affirmes imitandum quidem esse, uerum non unum aliquid, sed omnes bonos: hoc quemadmodum accipias, non intelligo. Nam si omnes iij, qui aliquo uno in genere boni scribendi magistri sunt habiti, pares inter se stylis nobilitate scriptorumq; elegantia extitissent, concedi tibi fortasse poterat id, quod dicas: non uni eorum operam à nobis esse dandam, sed plane omnibus. Nunc uero, cum unuscuiusque ratio uel ingenij uel artificij unuscuiusq; cum ingenio tum artificio disspar esse dissimilataq; reperiatur, sitq; aliis alio præstantior, quid esse cause potest, quin, si melioribus operam dederimus, eosq; qui minus boni sunt, negligamus? An si inter illos, quicunq; boni dicuntur esse, unus est omnium longe optimus, longeq; præstantissimus, ut quæ singula insunt in cæteris, ea uniuersa in uno illo splendidiora etiam ornatioraq; conspicantur, cum unum multo omnium maximum atq; summum recte imitati cum fuerimus nisi illos etiam, qui boni mediocriter habentur, imitabimur, nihil proficiemus? quasi necesse sit, qui Appellis more pingere didicerit, cuius artem reliqui pictores admirati, primas ei partes sine controuersia tribuerunt, illum etiam Polygnoti & Thymantis tabulas, à quibus docerentur, adhibuissc: aut eum, qui

PETRI BEMBI EPIST.

Lysippi excellens ac præclarū fingendis imaginibus  
artificium expresserit, Calamidis signa rigida, uel  
etiam magis rigida Canachi fuisse centrum.  
Atq; illi artifices cum Alexandri uultū imitari suis  
artibus cuperent, neminem alium intuebantur, men-  
tem in eum unū suam atq; oculos intendebant. Nos,  
qui eius scripti simulachrū, quod sit pulcherrimum  
et perfectissimum, nobis proponere debemus, in quo  
effingendo studium et diligentia adhibeamus, cum  
illud ante oculos habeamus, ad eorum etiā, quæ non  
ita pulchra sunt, exprimendas imagines curam at-  
que animum traducemus? Mihi quidem falli Pice uī  
detur, qui sic existimat. Neq; enim ita formati à Diis  
immortalibus sumus, ut cum suppeditare nobis ea,  
quæ prima sunt ualeamus, secundum, quæ secunda  
sunt, multo minus, quæ sunt infra secunda: animus enī  
noster summū quiddam semper atq; altissimum suspi-  
cit. Itaq;, ut dixi, ualde miror, te non ita potius sensis-  
se, ut alterum eorum statueres, uel omnino imitari  
non oportere, uel si imitandum quidem esse duceres  
non ad ea quæcunq; bona essent, sed ad illa tantum-  
modo, quæ optima, quæque perfectissima haberent-  
ur, imitationis esse nostræ omnes nervos intenden-  
dos. Nam de ideis quod scribis, difficile quidē est tibi  
homini doctissimo, et in omnī philosophorū disci-  
plinis et scholis multa cū laude atq; gloria diu uer-  
fato

## DE IMITATIONE.

sato? aliquid affirmanti non credere. Sed quam tu  
eſſe in animo tuo inſitam atq; à natura traditam ſcri-  
bendi ideam atq; formam ſentias, de eo ipſe uideris.  
De meo quidē animo tantum tibi affirmare poſsum,  
nullā me in eo ſtyli formā, nullū dictandi ſimulachrū  
antea inſpexiſe, quam mihi ipſe mente & cogitatio-  
ne legendis ueterū libris, multorum annorū ſpatio  
multis laboribus, ac longo uſu exercitatione q; coſte-  
cerim: ad quod nunc, cum aliquid ſcribendū eſt, me  
couerto, uideoq; quaſi oculis, ſic cogitatione, que cō-  
ficiendo ſcripto opus ſunt, unde ſumam. Ante autem  
quā in ijs, quaſ dico, cogitationibus magnopere eſſe  
uerſatus, inſpiciebam quidcm in animum mecum ni-  
hilo ſanè minus, querebamq; tanquam à ſpeculo,  
effigiem aliquam, à qua mihi ſumerē, conſiceremq;  
quod uolebam. Sed nulla merat in eo effigies, nihil  
ſe mihi offerebat, nihil conſpiciebam. Itaque ſiquid  
calamo uiterer, ſiquid molirer, non lege, non iudicio  
quo uolebam, ſed temere incoſtanter que ſerebar  
nulla me carum, quaſ commemoras, id ea ſpeciesq;  
moderabatur. Neq; uero ſum neſcius, te id cum  
diceres, de Platonicorum ſententia dicere: qui, quæ  
prima queq; præſtantia in natura rerū ſunt, uel eſſe  
aliquo modo poſſunt, ad diuinas illas imágines ſpeci-  
esq; reſerebat. Ac ego quidē ſic exiſtimo, in ipſo mun-  
di ac rerū omnīi autore & effectore Deo ut iuſtitiae

P E T R I B E M B I E P I S T :

ut temperantiae, ut aliorum uirtutum, sic etiam re=  
cte scribendi speciem quandam illam quidem. Et cui  
nihil desit, atque omnino absolutissimam existere: ad  
quam et Xenophon et Demosthenes, et ipse im= primum  
primum Plato, tum et Crassus, et Antonius, et Iuli= us  
us, et maxime omnium Cicero, cum dicit aarent di= liquid  
liquid et scriberent, quantum consequi cogitatione  
poterant, respiciebant: atque ad illius quam animo  
conceperant, imaginem, stylum, mentemque dirige= bant.  
Idemque nobis faciendum arbitror, conandumque  
modis omnibus, ut ad eius formae simulachrum scrip= tis nostris  
tis nostris, quoad fieri potest, quam rectissima, quan= que proxime accedamus.  
Quod si in animis etiam  
nostris ideae ille insident, quas dicas, singulare in sin= gulis,  
gulis, tum diversae inter se atque variae, quemadmo= dum illas a natura ipsa ego pro mea, tu pro tua, pro  
sua quisque animi corporisque temperatione initio  
nascendi est fortitus, ab ipsis si cura diligentiaque nostra  
stylum fleclere in quancumque uolumus partem nobis  
licet, cur non tu enim unum, qui sit omnium maximus atque  
sumus, imitari nos tantummodo status oportere? Si  
non licet, cur omnes bonos? Nam et inuidiosum  
quidem est, quod homines possunt assequi aliquo in  
genere optimum, id omnibus non proponere: Et su= peruacuum,  
peruacuum, omnes illis bonos imitandos esse dicere  
quibus animum a sua scribendi specie atque forma,  
quam

## DE IMITATIONE.

quam à natura traditam possident, facultas reuocandi non est data. Sin uero, quod est tertium atq; ultimum, in quorundam animis idem illae atq; species eiusmodi insunt, ut, si quis studium adhibeat, uerti atq; inflecti facile possint, in quorundam autem eiusmodi, ut nullo modo possint: eodem tamen decidat, eodem labore necesse est. Nam neq; iij, quibus negatum est aliquò progrederi, ad ullum imitationis genus invitandi sunt: neq; non ad optimum, qui quò libuerit, si uolent, progredientur, sunt incitandi. In alteris de facultate ne quid detrahatur, adhibenda cura est: ab alteris, ut inepti esse desinant, non est requirendum. Ac ego illis nec imitandum esse quenquam statuo, nec uero ullo in genere quicquam conandum, qui prauo, qui tenui, qui inertii ingenio sunt, qui duram atq; implacabilem naturae suæ quasi faciem præse ferunt: scribant ij mihi libros, nec ne, uigilent dormiant, nihil moror. Eos uolo, eos alloquor, qui si dederint, si animo non frangentur, nihil non assequi poterunt, & quorum ingenia si excolantur, fructus uberes atq; magnos ferent. Neq; illud me mouet, quod existinem, qui ita formati sunt, ut quibus artibus animū intenderint, quo in genere scribendi elaborauerint, sua illos spes non sit frustratura, esse nō multissimos. Neq; enim aut Ciceronem à scribendo deterruit pulcherrimos illos de Oratore libros, quod

PETRI BEMBI EPIST.

qualem in eis statuerit oratore esse oportere, talem  
fortasse neq; legerit ipse unquam fuisse, neq; audie-  
rit: aut Plato reipub. sue leges propterea non per-  
scripsit, quod eas ab usu atq; consuetudine gentium  
longius abesse arbitraretur, quam quibus ullos po-  
pulos, ullam ciuitatem esse usuram consideret. Qui  
enim artem aliquam recte præcipiunt, non id cogi-  
tant, ut omnes asequi eam possint: sed id potius, ut  
qui potest, ita asequatur, ut nihil posse esse eo in ge-  
nere præstantius. Quicquid autem est eiusmodi, qui  
præstanti ingenio non sit, aggreedi fortasse potest:  
sequi atq; perficere nequaquam potest. Itaq; mea  
diocritatem ingeniorum reiiciunt: nihil enim medio  
cre idem atq; præstans est: quod cum sit, pusillum ad  
numerum res redigatur, necesse est: præstantia enim  
qua sunt, eadem perrara esse consuerunt, rario-  
raq; quo præstantiora. Præstantium autem rerum  
paucitas mediocriū multititudini non modo non post-  
habenda, sed longe etiam anteponenda est: placetq;  
Nautes ille mihi Vergilianus, qui Aeneam admonet  
quo in Italiam transmittere facilius posset, quicquid  
invalidum ac metuens pericli est, esse reiiciendum:  
quod cum esset factum, Poeta statim intulit, Exiguū  
numero, sed bello uiuida uirtus: ex quo apparet,  
poëtarum sapientissimum non uirtutem modo in il-  
lis, quos commemorat requisuisse, sed etiam uiui-  
dam

DE IMITATIONE.

dam, hoc est præstantem. Quanquā quidem non ego  
 ulla simulachra, que nusquā sint, quæq; uix animo  
 præcipi possint, quemadmodum illi duo, quos dico  
 fecerunt, nostris hominibus ad imitandum propo-  
 no, cum eum unum, qui sit omnium optimus atque  
 præstantissimus, illis propono: quod si facerem, nun-  
 quam me tamen illorū defendere exemplis. Potest  
 enim quilibet cum oratione ac rerum publicarum  
 ratione atq; modo constituendarum, tum aliarum  
 planè rerum artes & disciplinas ita tradere ut ad ex-  
 cellentiorē statum atq; formam uelit eorum cupi-  
 dos progredi, quam cuius simulachra oculis cernan-  
 tur, manibusq; continantur. Imitatio autem, quia  
 in exemplo tota uersantur, ab exemplo petenda est: id  
 si desit, iam imitatio esse ullā qui potest? Nihil est  
 enim aliud totum hoc, quo de agimus, imitari, ni-  
 si alieni styli similitudinem transferre in tua scripta,  
 & eadem quasi temperatione scribendi uti, qua is  
 est usus, quem tibi ad imitandum proposuisti. Sed  
 redeo ad illud, quod aīs, imitandos esse omnis bonos  
 queroq; item abs te, uelis ne nos ita bonos omnes  
 imitari, ut eorum cuiuslibet uniuersam scribendi ra-  
 tionem exprimamus: an satis habeas, qua quisq;  
 in rationis sue parte maxime bonus est habitus, e-  
 am nos tantummodo ab uno quoq; mutuari: atque  
 ita multis ex rationū partibus, qbus ratiōibus sunt

Imitari qd

PETRI BEMBI EPIST.

alij permulti usi, unam conficere rationem integrę, qua utamur? Vt ro modo accipi dogma istud tuum malis, uide. Sed priore uelle te non est existimandū. Quid enim esse potest absurdius quam quas multi species scribendi, atq; formās diuersas illas quidem inter se, multumq; sēpe differētes, sunt a se quieti, suis casis mēbris omnibus suis partibus p̄reditas una inscribendi forma ac specie uelle uniuersas exprimi atq; contineri? quasi existimes ex ædificandis unis ædibus multa ædium exempla uariarū imago num atq; operum omni ex parte posse repræsentari. Altero modo si te dices uelle, primum iam id quidem imitari non est, plurimis ex partibus, quae stylum singulorum conficiunt, aliquam unam tibi sumere, ut cum id sēpius feceris, sumere autem ex multis potes, stylum inde conficiat tuum. Excerptere id quidem potius dicendum est, aut si libet, etiam mendicare; ita enim degere homines in uictus consueuerunt, ut quae sibi opus ad uitam sunt, non ab uno, sed à multis petant. Imitatio autem totam complectitur scriptio nis alicuius formam: singulas eius partes asequi postular: in uniuersa stylis structura atq; corpore uersatur. Necq; enim qui Sallustianam breuitatem asequutus sit, uerbis autem illam aut obsoletis, aut popularibus, structura etiam inconcina conglutinauerit, Sallustium imitari est dendus;

## DE I M I T A T I O N E.

cendus: neq; qui Iulij Cæsar is in enarrandis rebus temperantiam expreſſerit, sermone uero plane ru- di in illa exprimenda ſit uetus, is erit propterea di- gnus exſtimandus, quem Cæſaris imitatorēm uo- cemus. Totum mihi oportet eius ſtyli faciem expri- mat, cuius ſe imitatorem dici uult, quem eo nomine dignum putem. Itaq; Cicero cum eius uerbi defini- tionem traderet, imitationē eſſe dixit illam, qua im- pellimur cum diligentia ratione, ut aliquorum ſimi- les in dicendo eſſe ualeamus. Sun'ne hec Pice Tulli ana uerba ſingula, que commemoro? Qui autem fieri potest, ut aliquorum ſimiles eſſe ualeant iij, qui de ſingulis ſumunt, quod exprimant, de omnibus, ut nihil affequantur? Deinde ſi tibi etiam de ucrbo co- cefero, ambicioſe enim tecum agere nihil uolo, ne tua iſta imitandi multos ratio optari potius, quam ſperari, ſingi, quam teneri, ore dici, quam re perſi- ci, facilius potest. Nam neq; qui eodem tempore uni- tari plures uult, quicquā ab ullo perſiciet: distrahit enim mentem atq; ſenſum copia, neq; hærere animū ſinit: cuius autem in nullo hæreret animus, is omnino reſtē confidere nihil potest: neq; qui alium post alt- um aggreditur, ei, quam in uno curam intenderit, nō in alio ſepe remittere neceſſe eſt. Capimur enim pleriq; omnes nouitate: à qua ita oblectantur qui- dam, ut etiam illa damnent, à quibus recesserunt.

PETRI BEMBI EPIST.

Accedit eodem scriptorum diuersitas & dissimilitudo. Itaq; dediscenda plerunq; sunt ueteres perceptiones, ut nouis perceptionibus curam atq; animū adhibeamus. Placet enim in illo cum dignitate quædam quasi seueritas orationis: hilaritas in alio, comitas, lusus ipsi multum probantur. Horum cum imitari alterum didicerimus, alterum doceri aggrediamur, reiçere multa cogimur eorum, quæ paulò ante summa industria, summo nostro labore sumus consequuti. Quamobrem frangitur studium, debilitatur diligentia, contentio illa nostra, ardorq; omnis animorum elangescit atq; restinguitur, dum hic illuc, tanquam à fluctibus, sic in exemplorum urietate iactamur. Postremo quod tu singulas uniuscuiusq; bonas partis imitandas esse tantummodo existimas, id, si recte considerabis, quo modo assequi possis, nō inuenies. Omnibus enim ex partibus uniuscuiusq; scriptoris conflatur coalescitq; id, quod in quoq; bonum atq; præstans est: omnes eius uirtutes, ex uero etiam uitia, si qua insunt in illo uitia, eā conficiunt. Nam ut hominum uultus alius morum benignitatem, alius lacritatem naturæ, animi alius fortitudinem, alius ingenij fertilitatem, alius maiestatem, alius uenustatem præse ferunt: et autem singularē indoles non ex oculorum, aut ex superciliorum solummodo forma, aut oris, aut genarum, aut ceterarū

## DE IMITATIONE.

cæterarum ex aliqua partium qualitate, uerum ex omnibus sui quæque uultus partibus atq; membris sunt constitutæ: ut si quis aliquam pictor imitari coloribus uelit, is singulæ eius faciei partes, cuius est ipsa indoles, ante exprimere cogatur: ita me hercule in scribendi rationibus insunt eæ, quas laudamus, siue uirtutes, siue lumina scriptorum singulorum: quas profecto uirtutes præstare nostris in scriptis minime possumus, nisi etiam uniuersas illas, quarum sunt ipsa lumina, scribendi rationes præstemus. Ant tu candorem illum, puritatemq; sermonis, quam in Iulio esse maximam atq; mirificam uidemus, imitari te posse existimabis: nisi & tempore ramento fueris usus tanto, quanto ille maiore usus est, quam unquam aliis propterea, quia ipse de se scripsit, ne aut odio in scribendo uideretur, aut cupiditate illa duci? & neglectum eundem eloquitionis expreſſeris, qui est ab illo uel necessitate insti tutus, quoniam plurimis agendis maximis difficultatisq; rebus occupatus diligentiam in scribendo maiorem adhibere non potuit, uel accessitus industria, ne plane crederetur potuisse, ut existimarent homines multo plus illum gratiæ scriptis fuſſe acquisitum suis, si plus ei temporis ad scribendum bellicarum rerum occupatio suppeditauifset? Atque ipſe quidem candor non ex ſeſe, ſed cum ex alijs

## PETRI BEMBI EPIS T.

tum ex his duabus præcipue partibus constare mihi  
uidetur, quas dico. Has si tu duas parteis non præsta-  
bis, candor iam ille tñtopere laudatus nunquam me-  
dius fidius exprimetur: si præstabis, uoles autem eti-  
am Ciceronianam illam maiestatē scribendi assequi,  
quam omnes laudibus usque ad cœlum ferunt: neq;  
hoc, quemadmodum optabis, efficies: et illud, quod  
effectum iam erit, perturbabis. Quantum enim ad-  
des ad alterum, tantundem ex altero adimas necesse  
est ita que per se atq; sciunt̄ a eximia utraq; præ-  
claraq; habentur, eorum neutrum, si permisces, suā  
pristinā faciem dignitatemq; retinebit. Quod si et  
candorem Cæsarīs, et maiestatem Ciceronis, item  
et Sallustij breuitatem, et ubertatem Liuij, et can-  
dorem Celsi, et diligentiam Columelle, si denique  
quod in unoquoq; scriptorum egregiorum propriū  
esse lumen, tanquam in uultu indoles, conspicitur, ea  
omnia præstanda esse statues scriptis tuis, uereor,  
ne non tam quidem imitari illos uoluissē, quā illude-  
re, neq; tam assequi, quām peruertere uideare. Quā  
tamen si effugies calumnia uoluntatis tuae, illud cer-  
te non euitabis, quin appareat, neminem te illorum  
non dicam recte assequi, sed etiam effingere medio-  
criter potuisse. Deniq; si quis Deus id, quod sponte  
nostra facere nullo modo possumus, te doceret, artē  
uidelicet quandam nouam ac planè diuinam, qua imi-

## DE IMITATIONE

tari multos calleres, quemadmodum præcipis: tamē  
effet uerendum, num illa sanè arte tibi esse utendum  
statueres. Qui enim fieri potest, ut qui multos assē  
qui una scribendi ratione uult, eius oratio non dis̄  
milis, non impar, non sibi diuersa inconstansq; sit:  
non inconcina, non parum cohærens, dum huius le-  
nitatem, illius uero ardorem, alterius ornatum, alte-  
rius negligentiam, quæ quidem interdum, ut in mu-  
licre non fucata facies, sic in scribente gratior est:  
sexcenta præterea alia uaria multumq; differentia  
scribendi genera qualitatesq; complectitur? Ac mi-  
hi quidem uetusissimi Poëtæ finxisse Protea uiden-  
tur, cum illum modo aquam fieri, modo ignem, mo-  
do belluam dicherent, nūquam tamē eodem aspectu  
plus unam formam præ se tulisse: non solum quia id  
posse fieri non existimabant: sed etiam propterea,  
quod, quo modo diuersæ facie res inter seq; uariæ  
apte coniungerentur, non uidebant. Sed iam de tuis  
literis hactenus: uel potius de ea tuarum literarum  
parte, ad quam quidem respondere me operæ pre-  
tium duxi. Nam ad omnes, req; midum necesse fuit,  
et hæc ipsa satis multa esse possunt, præsertim tibi,  
qui non modo ea, quæ scripta sunt, qualia sunt, re-  
xie perspicies: sed illa etiam, quæ scribi in hanc sen-  
tentia possunt, ex ijs, quæ leges, per te ipse facile con-  
siderabis. Veno igitur ad illam partem sermonis

P E T R I B E M B I E P I S T .

nostrī, in qua ea mea sententia fuit, ut dicerem, eos  
mihi uehementer probari, qui prosa oratione scri-  
pturi, Ciceronem sibi unum ad imitandum propone-  
rent: heroicis carminibus, Vergilium. In quā omni-  
no sententiam non sanè, ut primum eiusmodi res tra-  
ctare animo cœpimus, statim adducti sumus: sed  
post multas cogitationes, ac per quosdam quasi gra-  
dus ad eam accessimus: ut non temere illa inuenta si-  
nem progreendi fecisse, atq; in ea quietuisse uidet-  
ur. Nam initio quidem illud mihi s̄aþe ueniebat in-  
mentem, ut in Philosophiae opinionibus atq; senten-  
tijs, sic in scriptorum generibus & stylo nullis nos-  
legibus subijci, nemini addici atq; astringi oportet-  
re: sed quod in quoq; probaretur, id sequi: quæ pro-  
fecto sententia tua fuisse sententia similis atq; cognata  
uidetur. De qua quidem me tentantē conantemq;  
eo in genere toto multa ille tandem rationes depu-  
lcrunt, quas superius, te ut etiam de tua deducerent,  
si possent, collegi. Itaq; ea sententia deiectus ad illud  
me contuli, ut ducerem æquius esse, & profecto con-  
ducibilius, nouam intactamq; ab alijs rationem, ac  
planè suam quenq; confidere scribendi: idq; putarē  
omnes homines, nisi inuidi atq; maleuoli essent, lau-  
daturos. Quod cum placuisse, uellem autem, quan-  
tum in eo possem, experiri: omnis nostra cogitatio,  
diligentia, studium, omnis deniq; noster labor irri-  
tus atq;

## DE IMITATIONE.

tus atq; nullus fuit. Nihil enim inueniebam, quod nō  
uel ab aliquo ueterum scriptorum stylo haustum ui-  
deri facile posset: uel omnino, si id effugeram, ta-  
men cum ad illorum scripta conferebatur, mihi nō  
summopere displiceret: quippe, quod uenustatem  
sermonis, proprietatem, maiestatem eorum secu-  
lorum non redolebat: nullum antiquitatis uestigium,  
nullam notam referebat. Ad hanc frustratio-  
nem laboris nostri illa cogitatio accessit, quod anim= aduertebame eos, qui se neminem imitari profiteban- tur, partim scribendo parum admodum profecisse,  
partim etiam suis cum libris atque scriptis plane  
inuisos & despectos iacere. Quamobrem etiam  
sententia damnata, aliam inire rationem statui-  
mus: quæ quidem eiusmodi fuit. Volo autem sin= gulos tibi animi mei motus, consiliorumq; uarieta= tes prescribere: ut si aliqua ex parte prodesse ti= bi error meus possit, ea ne celere. Nam quoni= am ita natura comparatum uidebam, ut quotiens  
magnum ali quid atque arduum moliri homines cu= perent, eius si facinoris exemplum haberent alio= rum, qui idem aliquando essent conati, eare mul= tum illis curæ ad id, quod aggredi statuissent,  
multum laboris, multum etiam ambiguitatis,  
multum denique difficultatis demeretur: cogitare  
coepi, ijs in studijs, quibus semper dediti fuimus,

## PETRI BEMBI EPIST.

optandum esse, ut quē quisq; imitari posset, qui scri-  
bere aliquid cuperet, ne decesset. Itaq; siue ui in iti-  
nere confiendō, cum duces nocti sumus, securiore  
animo uiam ingredimur, sic in reliquis rebus alaci-  
ores ad illa sumus, quorū doctores & magistros ha-  
bemus: siue etiam ad omnem excellentem laudis &  
gloriæ cupiditatē nulla re magis, quam aliorum  
& emulatione incitamur: mihi quoq; idem faciendum  
putauī, cum poëticis in studijs, tum in oratoria disci-  
plina, quod permultos fecisse intelligebam, ut in u=  
traq; earum artium & ducem, quem sequerer, &  
gloria illustrem, quem & emularer, eligcrem, mihiq;  
ipse quasi signum proponerem, ad quod quidem co-  
natus omnes nostri cogitationesq; dirigerentur. Id  
cum deliberauissem, magna me hesitatio tenuit: de-  
berem' ne eos, qui mediocritatem non excederent,  
an illos potius, qui essent omnium eminentissimi, sta-  
tim initio aggredi: quos omni studio colerē, ad quo-  
rumq; similitudinem me quam diligentissime compa-  
rarem. Nam si animū ad summos adiecissem, illud  
ueretur, ne me uel rei difficultas ab incepto detrac-  
reret, uel certe frangeret suscepiti oneris magnitu-  
do: cum me parum proficere optimorum scripto-  
rum longeq; præstantissimorum exemplis compara-  
tioneq; cognoscerem: sin autē mediocribus me tra-  
didissem, equidem sperabam fore, ut cū ab illis quan-  
tum uelle

## DE IMITATIONE.

tum uellem profecisem, & facilior mihi eſſet, et plā  
nē tūtior ad eos transitus, qui primi haberētur. Sed  
angebar animo, quod, ut odore nouum uas, ſic quo  
primū rudimento stylus imbucretur, permagni in-  
tereſſe audiebam: mentem etiam ac cogitationem  
meam multo libentius in summis excellentibusq; ui-  
ris fixam erectamq; detinebam. Vicit tamen ſiue ti-  
mor, ſiue imbecillitas planè noſtra uoluntatis pro-  
penſionem, qua trahēbar. Itaq; dedidi me ijs magi-  
ſtris instituendum, quorum ſcripta non tam lauda-  
rem, quod bona, quam recipere, quod paratiora  
optimis commodiora q; ad imitandum uiderentur.  
Eos igitur acerrimo studio ſummaq; diligentia cum  
tam diu eſsem ſectatus, quo ad mihi uideretur me  
eius, quod concupieram, magnam eſſe partem confe-  
quutum: ad illos me conuerti, quos eſſe facile princi-  
pes omnium hominum testimonio ſentiebam: ut eos  
item ſequerer, animumq; meū atq; mentem ad ipſo-  
rum rationes hauriendas imbibendasq; traducere.  
Id cum ſedulo etiam atq; etiam experirer, mea me  
deluſum ſpe ſanè atq; deceptum cognoui. Non enim  
ſolum faciliorem mihi eorum imitationem aliorum  
ſcriptorum imitatione nō eſſe factam, ſed multo eti-  
am difficultorem: preeclusosq; ad eam aditus potius,  
quam patefactos uidebam. Nam quam mihi uſui pu-  
tabam fore in ſumptam in exprimendis mediocribus

PETRI BEMBI EPIST.

operam, ea sanè impedimento fuit. Animus enim iam noster diligentie exercitatione illorum scribendi rationibus eruditus, atq; assuetus, eundem morem dux retinuit: à quo quoniam aberatis, quem de optimis haurire oportebat, contra, quam existimaueram, fiebat, ut scilicet multo minus ad eos exprimēdos essent idoneus, quam si me nunquam mediocribus tradidissesem. Quare multis meis laboribus id unū esse assequutum cognoui, ut imitari summos incipere mihi certe ne tum quidem liceret: propterea quod ea didiceram, animumq; meum ijs quasi maculis inficeram, quibus residentibus perfectæ rationis ulla in eo depingiret facies imagoq; non posset. Deleré uero ea, que quis diuturno studio in animum induxit suum, non tam sepe facile est, quam oportet. Sed nihil est profectio tam difficile, tamq; durum, quoq; non labore nostro posse uinci superariq; uideatur: præsentim si in eo, quantum facere & consequi possumus, contendamus. Itaq; summa à nobis adhibita diligentia è memoria tandem nostra deletis penitus ijs, que alte tunc imitatione non optimorum insedent in ea rationibus, omne meum studium ad illos cōtuli optimos atq; summos, quos dico: in quo quantum profecerim, si me roges, sanè nihil tibi respondebo, præter hoc unum, mei me consiliij non poenitere, præsentim cum eorum scripta lego, qui aut nullum, aut

## DE IMITATIONE.

aut omnes, aut non tantum optimos effingere præ-  
starecū; uoluerunt. Sed non debebis tu quidem ab  
hac capessenda scribendi ratione absterrei, etiam  
si minus tibi id, quod alijs persuadere cupimus, uide  
mur esse ipsi consequuti. Non enim quantum potu-  
imus, in eo impendimus uel temporis, uel laboris:  
quippe, qui etiam uernaculo sermone quedam con-  
scriptissimus cum prosa oratione, tum metro planè ac  
uersu: ad quæ quidem conscribenda eo maiore stu-  
dio incubuimus, quod ita deprauata multa atq; per  
uersa iam à plurimis ea in lingua tradebantur, obso-  
lito propè recto illo usu atq; proprio scribendi, bre-  
ui ut uideretur, nisi quis eam sustentauisset, eo pro-  
lapsura, ut diutissime sine honore, sine splendore, si-  
ne ullo cultu dignitateq; iaceret. Quare non oportet  
bit te exemplū à nostris scriptis capere: ut quantū  
nos latino sermone optimis imitandis emulandisq;  
profecimus, tantundem putes alios, nec eo amplius,  
ijsdē artibus posse proficere. Sed id potius cogitare,  
cum nos certe aliquid ea sumus uia cōsequuti, si mon-  
do id aliquid est, quod à nobis conjectum est, qui qui-  
dem alijs etiam scribendi uias ingressi sumus, illos,  
qui nihil agere, nihil conari aliud statuerint, præter id  
unum, in eo planè esse, quecunq; uolent, consequi-  
turos. Habet omnem rationem consilij mei, quoq;  
pacto in eam tandem sententiam, que tibi quoque

PETRI BEMBI EPIST.

uellem probari posset, uenerim : quam perplexis cogitationibus, quibus mæandris, uides : in qua porro adhuc eo libentius conquiesco, quod alijs prius tentatis omnibus diligenter rationum iujs, ea me, tantum portus ex longo errore diu iactatum excepit. Hanc qui ex initio ingredi poterūt, et ingressi nunquam se ab ea deflecti sinerunt, quemadmodū illi, qui in cursu nihil offendunt, celcrius curriculum conficiunt, quam qui lapsi aliquoties sunt : sic ipsi ad metā citius sine ulla offensione peruenient : quamcunq; ijs metam, suum siue ingenium, siue industriam, siue omnino utrung; statuerit. Quod profecto etiam sub fortuna positū, atq; casu interdum uidetur : ita multa in uita sēpe accidunt, quae auocent ab instituto innere animū, aliorumq; quam oportet, ducant. Sed illud te nere omnes debebunt, et quantum in quoq; est, niti atq; perficere, qui aut oratoria, aut poēticas studijs delectabuntur : ut cum Ciceronem, tum Vergilium semel complexi nunquam dimittant : nunquam ullis aliorum scriptorum illecebris ab eorum imitatione emulacioneq; reuocentur. Qui si nō ita omnibus artis atq; ingenij luminibus abundarent, si non uniuersis scribendi uirtutibus prædicti cumulatiq; conspicerentur : essent autem ipsi cæteris una tantum uirtute probatores : tamen eos nos unos sequi tantummodo imitariq; dicerē oportere propterea, quod

## DE I M I T A T I O N E.

quod uicinius ad perfectam rationem illis ducibus,  
quam ullis alijs, progreedi & pertendere possumus.  
Nunc uero, cū nulla omnino uirtus, nullum scriben-  
di lumen, nulla egregia indoles, nulla laus in ullo sit,  
que non in utrovis eorum inesse, longe etiā præstan-  
tior atq; absolutior reperiatur: multo id nobis erit  
constantius, multo diligentius faciendum: ne si alios  
imitandos sumpserimus, uel praui iudicij, uel imbe-  
cilli animi notam subcamus: cum aut in eligendo nō  
prudētes, aut in aggrediēdo timidi fuisse uideamur.  
Nam de Vergilio quidem nemo ambigit, omnes in  
uno illo omnium poētarum, de Latinis loquor, inue-  
nire posse uirtutes summa singularijs dignitate, ad-  
dunt etiā admirabiliores multo singulas & præsta-  
biliores: ut si natura ipsa hominum rerumq; omnium  
parens ea loqui uersibus uoluisset, que ab ipso per-  
scripta sunt, nec melius affirment, nec omnino aliter  
fuisse loquuturam. Ciceronem quidam autem uerbo Cicero uer-  
siorem esse interdum, quam necesse sit: præsertim bosior.  
cū ab eo de rebus a se gestis, deq; consulatu illo suo  
sermo inducitur: cæterum illum non modo omnium  
eloquentissimum fuisse, sed ab eo eloquentiam ipsam  
esse genitam, atq; natam putant. Ego uero id neque  
uituperare audeo: potest enim illi concessisse sepe  
dignitas sua, aut inimicorum improbitas, aut Reip-  
status aliquis, aut alia omnino causa: quare que ali-

PETRI BEMBI EPIST.

quibus superflua in legendō uidentur, ea in agen-  
do necessaria fuisse à multis poterū existimari. Ne-  
que defendere magnopere laboro. Id enim si pecca-  
tum est, non stylī culpa, sed animi uitio contractum  
est: addo etiam, si uis, iudicij quadam peruersione:  
dum quæ ab ipso pretereunda silentio fuerant, ea  
illi digna uisa sunt, quæ recensarentur. Stylus uero  
et scribendi ratio eandem illam egregiam præcla-  
ramq; semper indolem retinet, eundem orationis  
splendorem et maiestatem præsert. Quamobrem  
non tam quidem accusandus esse uidetur, si modo ac-  
cusandus est, quod ea sepe commemoret, quæ à scre-  
ticeri æquius fuit, quam laudandus, quod ita semper  
loquatur, ut commemorari aptius nō queant. Quid  
si ijsdem etiam parum constantem fuisse illum dixe-  
rint, aut omnino imbecilliores, quam uel ratio, uel  
eius dignitas postulabat: num erit nobis propterea  
ab imitatione repellendus? Mihi planè, si idem sen-  
tiam, quanquam quid ego male me hercule sentiam  
de tanto uiro? sed si ego quoq; idem sensero, mihi  
eius fortasse uita non usquequaq; probabitur: ora-  
tionis autem et stylī ratio nihil improbabitur: qui  
esse optimus, in uita non optima potest. Tametsi id  
quidem etiam si orationis esse uitium iudicetur, non  
ego huius imitationis aut ita partis extendo, præ-  
standa ut uitia sint: nec solum ut in facie neuī, sed ul-

cera

## DE I M I T A T I O N E.

cera etiam & cicatrices sint exprimendae: quod qui faciunt, merito ab Horatio eo, quem tu locum affers, irridentur: aut modum præfino sic, ut si quis tam prestans ingenio est, tam industrius, tam etiam fœlix, ut anteire magistrum possit, tamē id fieri negem debere: cumq; is illum ceteris in rebus æqua uerit, si prudentiam adhiberi muorem uoleat, nō probem. Mihi quidem & Phidas & Polycletus probantur: quorum alter Eladum sculpens, alter Ageladem fingendis imaginibus, quos habebant magistros, superauerunt: & Apelles, qui quidem in picturæ artificio Pamphilum præceptorem suum longissimo interuallo post se reliquit. Itaq; ualde mihi illud exceptandum esse uidetur, ita animatum, ita instructum esse quempiam, spes ut illum sit omnium hominum eloquentissimum futurum: quod & si longe maius atq; præclarius est, quam quod temere sperandum esse uideatur: nulla tamen naturæ lex, nulla præscriptio prohibet, confici unquam ne posse.

Etenim quemadmodum Cicero inter Latinos extitit, qui unus omnes, quicunque ante illum boni scribendi magistri fuerunt, excelleret, quod quidem magnum atque diuinum fuit: sic profecto aliis existere aliquando poterit, à quo cum reliqui omnes, tum etiam ipse Cicero superetur. Id autem nullo modo accidere facilius potest, quam si,

PETRI BEMBI EPIST.

quem anticere maxime cupimus, cum maxime imite=  
mūr. Absurdū est enim confidere, nos aliam inueni=   
re viam posse, quæ melior sit, quam est illa via, quā  
Cicero, non tam quidem inueni ipse, quam ab alijs  
inuentam ampliorem & illustriorem reddidit: præ  
sertim cum quo tempore id fieri necesse est, quantū  
ipsi planè possumus, nondum exploratum habe=   
mus. Quod si, quem maxime imitati fuerimus, etiā  
assequemur, tum adhibēda cura erit, ut illum ante=   
tre ualeamus. Sed omne nostrum studium, omnis la=   
bor, omnis nostra cogitatio in ijs assequendis, quos  
imitamur, maxime omnium est insu[m]enda. Non est  
enim tam arduum eos superare atq; uincere, quos  
assequutus sis, quam assequi, quos imitere. Quare  
hoc in genere toto Pice ea esse lex potest: primū ut  
qui sit omnium maximus, eum nobis imitandū pro=   
ponamus: deinde sic imitemur, ut assequi contendā  
mus: nostra demum contentio omnis id respiciat, ut  
quem assequuti fuerimus, etiam prætereamus. Itaq;  
duas illas in animis nostris egregias plurimarū ma=   
ximarūq; rerum confectrices emulatōnem atque  
spem habeamus. Sed emulatio semper cum imitati=   
one cōuncta sit, spes uero ipsa nostra non tam qui=   
dem imitationem, quam successum imitationis subse=   
qui rectissime potest. Ac Ciceronis quidem imitationis  
omnibus, qui pedestri oratione scribere aliquid uo=   
lent,

## DE I M I T A T I O N E.

lent,opportuna esse poterit, quacunq; illi de re atq;  
materia sit scribendum. Idem enim stylus aptari re  
bus innumerabilibus potest, Nec audiendi sunt, qui  
existimantur Plinianam de natura rerū historiā Cice  
roniano scribendi modo atq; uta tam commode ex=  
plicari non potuisse, ut ab ipso est more illo suo ex=  
plicata: quod oportuisset in infinitum magnitudine  
opus excreuisse, si ad illas multiplices innumerabi=  
lesq; res: de quibus erat scribendum, exuberantiam  
Cicero suam ornatumq; sermonis adunxit esset. Neq;  
enim in omnibus eius scriptis, cum idem sit stylus,  
eadem tamen amplitudo inesse, idem uerborum ap=br/>paratus conficitur: sed quedam uberiora sunt, &  
tanquam succipi plena: quedam exilia, & suo tantum  
robore nitentia, ut esse quasi sine cortice uideatur.  
Neq; si crescere eorum librorum magnitudo debu=br/>isse, non propterea fuissent ipsi nobis multo etiam  
gratiiores: cū quanto plus ab eius calamo atramen=br/>ti, tanto plus ab ingenio atq; artificio dignitatis &  
pulchritudinis hausissent. De Vergilio uero nō idem  
possimus dicere, ut idoneus sit, quem, qui carmini=br/>bus delectantur, imitari omnes queant. Neq; enim  
qui aut Elegos, aut Lyricos conficiunt uersus, quiq;  
uel tragediarum, uel comœdiarum scribendarum  
studio detinentur, horum ullos Vergiliana carminū  
structura, numerus, ratio ipsa multum iuuabit. Sed

PETRI BEMBI EPIST.

imitentur iij quidem eos, quos habent principes, sine  
gulis in scriptorum generibus singulos: atq; illis af-  
sequendis super andisq; sese dedant. Quod profe-  
cto nos aliquando fecimus, ut in Elegis pangendis,  
qui optimus eo in genere poëmatis nobis uisus est,  
cum imitaremur. Heroicis autem conscribendis car-  
minibus qui se dederit, huic certe erit Vergilius edi-  
scendus, ebibendus, & quam maxime fieri poterit,  
exprimendus, quemadmodum coram tibi dixeram  
mibi uideri. Atq; hanc quidem cum Vergilijs, tum Ci-  
ceronis, tum aliorum excellentium in suo cuiusq; ge-  
nere scriptorum expressionem non ita intelligi uo-  
lo, ut præter stylum & scribendirationem, uti au-  
tem me ipsdem sepius uerbis non poenitebit, nihil o-  
mnino a quoquam sumendum existimet. Nam &  
licuit id quidem certe omnibus, & semper licebit.  
Quis enim opus legitimum confidere potest ullum,  
qui nihil mutuetur, nihil a quoquam sumat, quod scri-  
ptis inserat atq; interspergat suis? Quis no aut sen-  
tentias, aut similitudines, comparationesq;, aut ali-  
as scribendi figuræ atq; lumina? quis no aut loco-  
rum, aut temporum descriptiones, aut ordinem ali-  
quem ac seriem? quis non etiam aut belli, aut pacis,  
aut tempestatum, aut errorum, aut consiliorū, aut  
amorum, aut aliarum omnino rerum exemplum ali-  
quod ab ijs capiat, quos multum perlegerit, quos diu  
in mani

## DE IMITATIONE.

in manibus habuerit cum Latinis, tum Græcis, tum  
certe etiā uernaculis, ut sunt nonnulli excellentes in  
ealingua uiri? Itaq; liceat, quicūq; id facere uult, ut  
semper licuit: sumantq; ab alijs, qui scribunt, quod  
uidebitur: sed parce id, & pudenter faciant: non sa-  
nè, quia sumere etiā recte multa nequeamus: possu-  
mus enim, & multi magni atq; clari uiri idem sece-  
runt: sed propterea, quod præclarus est illa omnia  
inuenire nos, & quasi parere, quam ab alijs inuenita  
mutuari. Maxime uero earū rerum ratio tū proba-  
tur, laudabilisq; est: si id perficimus, ut quæ mutuati  
sumus ipsi, ea splendidiora illustrioraq; nostris in scri-  
ptis, quam in eius, à quo sumimus, confspiciantur: ut  
non minor in exornando laus, q̄ in inueniendo fuisse  
uideatur. Neq; enim mihi placet Attilius, qui Sopho-  
clis Electram optime scriptam, male transtulisse di-  
citur: sed noster Maro, qui ab Hesiodi Georgicorū  
libris multa sumens, atq; in suos transferens, ea oīa  
reddidit meliora. Quanquam quidem eius generis  
ita multa Vergilianos omnes libros referserūt, ut ap-  
pareat, nō tam illum, quod ex se promeret, desidera-  
uisse, q̄ quod anteiret, ex industria que fuisse: mul-  
toq; plus in uictoria glorie, q̄ in inuentione posuisse  
uideatur. Qua te quidē de re omni eo monitū uolui,  
q̄ sunt quidā, qui nō solū ea, quæ ad stylum scriptio-  
nemq; pertinet, sed illa etiā quæ dico, quæq; de gene-

## PETRI BEMBI EPIST.

re alio sunt, cū sumūtur, uno imitationis uerbo inclu-  
dunt. Qui quidē mihi Ciceronē eo, quo supra cōme-  
moraui, loco legisse parum uidentur, ubi ille, quid  
imitatio sit, definiuit. Nam si ea profecto imitatio est,  
qua impellimur, ut aliquorum similes in scribendo  
esse ualeamus: in imitatione autem non stylī modo,  
sed etiam materie, ordinis, sententiarum, aliarum  
que planè rerum ex ira stylum positarum ratio in-  
cludiuit: quid est, cur non ego Aeneā, Ascanij, Di-  
donis, Latini, Turni, Lauinie tancum mutatis no-  
minibus Vergilij Aenida mihi totam sumam? Qua-  
re si nolunt iij parum herentia uideri dicere, aliud  
sumere, aliud esse existiment imitari: & cum Hero  
icorum Catulli uersuum rationem imitatum fuisse  
Vergilium dicerint, si modo id uolent dicere, tum  
sic um affirmabunt cum ab illo, tum à ceteris uel La-  
tinis, uel certe Græcis non Poëtis modo, sed etiam  
oratoribus ac philosophis multa sumpsiisse, uerissi-  
me pronuntiabunt. Ac mihi quidem ipse interdum  
uideris, cum tuas literas lego, ita sensisse, ut utrum  
quis aliquem imitetur, an ab illo sumat, quod in sua  
scripta transferat, differre nihil duxeris. Quod si  
est, equidem lator, unus tantummodo uerbi inter-  
pretatione mutata rerum non minimarum, neque  
sanè spernendarum, inter nos magna ex parte con-  
trouersiam posse finiri: cum hoc certe modo prope

idem

## DE IMITATIONE.

idem, quod tu, omnes esse bonos imitandos facile dixeris. Quia enim mihi esse aut propter nostrā benevolentiam iucundius, aut propter aliorum exaltationem de tua doctrina laudabilius potest, quam nulla me in re abs te magnopere dissentire, homine multarum maximarumq; rerum disciplinis eruditio, summo ingenio, summa integritate prædicto, et in secunda fortuna temperato, in aduersa erecto, atq; in omni uita magno ac probato viro? cuius tam multe leguntur iam habenturq; in manibus egregie prescripti libri, ut me non solum opinione hominum facile uincere, sed etiam obruere scriptis possis. Si uero aliter se res habet, tamen gaudeo nullas inter nos opinionum sententiarumq; diuersitates et controuerstias esse tantas posse, tamq; graues, quas profecto et mea summa in te obseruantia, et tuus erga me amor non levissime ferat: præsertim cum de amore librum conscribas: de quo qui ceteros doces, non uereor, ne illud non diceris, amandam esse in primis ueritatem: idq; qui faciat, in eo neminem ledere, aut etiam qui se facere exaltimat: nam id quidem in multis credi, quam sciri, facilius potest. Quanquam non ego is sum, qui me falli non putem posse: præsertim cum Aristoteles tam multis in locis libros, atq; uniuersam prope antiquorum philosophiam abs te reprehendi uidcam. Fieri enim potest, ut

PETRI BEMBI EPIST.

quemadmodum ego recte me sentire existimo, qui  
tibi uidecor à ueritate abesse longissime, ita turecte  
sentias, cum mihi tamen uideatur secus. Neq; illud  
mihi assumo, ut ijs literis te atq; ceteros, q aliter sen-  
tuunt, ad meam opinionem traducam. Quid enim  
eset ineptius, quam cui aut Maro aut Cicero diuina  
illa suorum scriptorum tot atq; tantorum maiestate  
imitandos esse se non persuaserunt, id ei putare me  
una mea epistola persuasurum? Est tamen humani  
animi, ut, ego arbitror, non contemnendi, qua ip  
se uerisimilitudine dubijs in rebus cognitione q; di-  
gnissimis ducatur, quam plurimos uelle certos  
facere, ut aut reprehensione aliorū  
se corrigere, aut coprobatio  
cōfirmare posse. Id me  
unum uoluīse ut  
existimes,  
te  
etiam atq;  
que etiam rogo.  
Vale. Cal. Iannuarijs.  
M. D. XIII. Rome.

# ANGELVS

POLITIANVS PAVLO

Cortesio suo. S. D.



Emitto epistolas diligentia tua  
collectas, in quibus legendis (ut  
libere dicam) pudet bonas horas  
male collocasse. Nam præter om-  
nino paucas minime dignæ sunt,  
que uel à docto aliquo lectæ, uel à te collectæ dicantur.  
Quas probem, quas rursus improbem, non ex-  
plico. Nolo sibi quisquam uel placeat in his auto-  
re me, uel displaceat. Est in quo tamen à te differen-  
tiam de stylo non nihil. Non enim probare soles (ut  
accepi) nisi qui liniamenta Ciceronis effingat. Mibi Imitatores  
uero longe honestior tauri facies, aut item leonis, reproban-  
quā simile uidetur, quæ tamen homini similius est  
tur.  
Nec iij qui principatum tenuisse creduntur elequen-  
tiæ, similes inter se, quod Seneca prodidit. Ridene-  
tur à Quintilio qui se germanos Ciceronis putau-  
bant esse, quod his uerbis periodum clauderent, esse  
uideatur. Inclamat Horatus imitatores, ac nihil  
aliud quam imitatores. Mihic certe, quicunq; tan-  
tum componunt ex imitatione, similes esse uel pse-  
taco, uel picea uidentur, proferentibus que nec intel-  
legunt. Carent enim que scribunt isti viribus ex ui-  
ta, carent actu, carent affectu, carente indole, iacent

## ANGELI POLITIANI EPIST.

dormiunt, stertunt. Nihil ibi uerum, nihil solidum,  
nihil efficax. Non exprimis ( inquit aliquis ) Ciceronem. Quid tum? Non enim sum Cicero, ne tamen  
( ut opinor ) exprimo. Sunt quidā præterea mihi Pauli,  
qui stylum quasi panem frustillatim mendicant,  
nec ex die solum uiuunt, sed et in diem, tum nisi li-  
ber ille præsto sit, ex quo quid excepant, colligere  
tria uerba non possunt. Sed haec ipsa quoque, uel indo-  
cta iunctura, uel barbaria inhonestā contaminant.  
Horum semper igitur oratio tremula, vacillans, in-  
firma, uidelicet male curata, male pasta, quos ferre  
profecto non possum. Iudicare quoque de doctis im-  
pudenter audentes, hoc est, de illis, quorum stylum  
recedita crudelitatem, multiplex lectio, longissimus usus  
diu quasi fermentauit. Sed ut ad te redeam Pauli,  
quem penitus amo, cui multum debeo, cuius ingenio  
plurimum tribuo, queso ne superstitione ista te alli-  
ges, ut nihil deleat quod tuum planè sit, et ut oculos  
a Cicerone nunquam deiecas. Sed cum Ciceronē,  
cum bonos alios multum, diuque legeris, contrueris,  
ediceris, concoxeris, et rerum multarum cognitio-  
ne pectus implueris, ac iam componere aliquid ipse  
parabis. Tum demū uelim ( quod dicitur ) sine cor-  
tice nates, atque ipse tibi sis aliquando in consilio, so-  
licitudinemque illam morosam nimis, et anxiam, de-  
ponas effingendi tantummodo Ciceronem, tuasque  
denique

## DE IMITATIONE.

demq; vires uniuersas pericliteris. Nam qui tantum  
ridicula ista, que uocatis liniamenta, contemplan-  
tur attoniti, nec illa ipsa(mibi crede) satis repreſen-  
tant, & impetum quodammodo retardant ingenij  
ſui, currentiq; uelut obſtant, & (ut utar Plautino  
uerbo) remoram faciunt. Sed ut bene currere non  
potest, qui pedem ponere ſtudet in alienis tantum ue-  
ſtigijs, ita nec bene ſcribere, qui tanquam de pre-  
ſcripto non audet egredi. Poſtremo ſcias in felicitate  
effe ingenij, nihil à ſe promere, ſemper imitari. Vale.

PAVLVS CORTESIVS ANGELO

Politiano ſuo. S. D.

**N**ihil unquam mihi tam præter opinionem mea  
accidit, quam redditus à te liber epiftola-  
rum noſtrarum. Putabam enim illum tibi in tantis  
occupationibus excidiſſe. Nunc autem lectis tuis  
literis, uideo illum non modo à te gustatum, ſed eti-  
am plane deuoratum. Cum et ſcripſeris puduiffe te  
in eo legendo bonas horas male collocaſſe, et eas  
ipsas minime tibi dignas uideri, que uel ab aliquo do-  
cto lectae, uel à me collectae fuiffē dicantur, præter  
necio quas hominum per paucorum. Ego autem to-  
tum iſtud tibi remitto, nec plane iudicium meum in-  
terponam, cum nefas fit quodammodo à te diſſentia-  
re, et ego iſi ſim, qui de altera iudicium facere (ut  
auit M. Tullius) nec uelim ſi poſſu, nec poſſu, ſi uelim.

f

PAVLI CORTESII EPIST.

Sed ueniam ad illud, in quo te dicens à me quām ma-  
xime dissentire. Scribis enim te accepisse me nem-  
nem probare, nisi qui liniamenta Ciceronis conse-  
ctari uideantur. Ego uero quantum repelere me=  
moria possum, nec istud recordor unquam dixisse,  
nec dictum uolo. Que enim stultitia esset, ut cum tam  
uaria sint hominū ingenia, tam multiplices naturæ,  
tam diuerse inter se uoluntates, eas uelle unus in=  
genij angustijs astringi, & tanquam præfiniri? Sed  
quoniam me in hanc disputationem uocas, non erit for=  
tasse alienum tempus purgandi iudicij nostri, & tu  
endi mei, cum plane cognoscam uerba tua esse sua=  
foris, non laceissentis. Et primum de iudicio liben=  
ter fatebor, cum uiderem eloquentie studia tamdiu  
deserta iacuisse, & sublatū usum forensēm, & qua=  
si natuam quandam uocē decessē hominibus nostris  
me sēpe palam affirmasse, nihil his temporibus or=  
nate, uarieq; dici posse, nisi ab ijs qui aliquem sibi  
præponerent ad imitandum. Cum & peregrini ex=  
pertes sermonis alienas regiones male possint sine  
duce per agrare, & anniculi infantes non nisi in cur

M. T. Cic. riculo, aut nutrice præente inambulent. Cum au=  
præcete tem multi in omni eloquentie gener efloruerint, me=  
ris imitan mini me unum M. Tullium ex doctorum acie abdux=  
dus. iſe, in quē omnium ingentiorum hominum studia  
conferenda putarem. Non quod ignorarem multos  
dicendi

## DE I M I T A T I O N E.

dicendi gloria præstitisse, qui & acuere industriam  
& multis oratorijs uirtutibus alere ingenia posent  
sed & quia uidetam hunc unum omnium sæculorum  
consensu principem esse iudicatum, & quia à pueris  
dadicera in omni numero semper optimum esse ele-  
gendum. Corrupti stomachi, & intemperantis &  
gri esse putabam, deteriorem cibum seligere, salu-  
tarem & optimum aspernari. Ausim nunc etiam  
affirmare idem, quod sepe, neminem post M. Tul.  
in scribendo laudem consecutum, præter unum, aut  
alicerum, qui non sit ab eo eductus, & tanquam la-  
ctis nutrimento educatus. Sed erat tum quedam cer-  
ta imitandi ratio, qua & fastidio similitudinis occur-  
rebatur, & nitidum illud genus hilaritate quadam  
aspersa condiebatur, nunc autem illa ab hominibus  
nostris aut neglecta est, aut ignorata. Similem uolo  
mi Politiane, non ut simiam hominis sed ut filium  
parentis. Illa enim ridicula imitatrix tantum defor-  
mitates: & uitia corporis depravata similitudine  
effugit: hic autem uultum, incessum, statum, motum  
formam, uocem deniq; & figuram corporis repræ-  
sentat, & tamen habet in hac similitudine aliquid  
suum, aliquid naturale, aliquid diuersum, ita ut cum  
comparentur, dissimiles inter se videantur. Dicam  
idem iterum habere hoc dilucidam illam diuinum ho-  
minis in dicendo copiam, ut exsiliunt se imitabi-

PAVLI CORTESII EPIST.

lem præbeat, experienti spem imitationis eripiat. Fit enim undiq; ad eum concursus, & quisq; arbitratur illo modo se posse dicere. Homines enim natura sua= uitatis audiōres, difficillimam rem uoluntate, non facultate metiuntur. Itaq; dum abundantiam ser= monis, & (ut ipsi aiunt) facilitatem imitantur, ner= uos & aculeos deserunt, & tum à Cicerone absunt longissime. Nec autem refert alieno ornatu, & qui= busdam lumīnibus, ac quasi insignib; nostra scrip= ta explere, nisi queamus id distincē, apte q; facere. Fit enim nescio quid monstrōsum, cum membra co= hērētia male dissipantur. Quare (ut de me loquar) nihil est Politiane, quod me à Ciceronis imitatione deterreas. Sed quod potius obiurges inscitiam, quod nequeam bene illum imitari, quamquam ego malo esse assecula, & simia Ciceronis, quam alumnus, aut filius aliorum. Sed permagni interest, utrum quis uideatur quenquā uelle imitari, aut neminem. Ego autem statuo non modo in eloquentia, sed in alijs e= tiam artibus, necessariam esse imitationem. Nam & omnis doctrina ex antecedenti cognitione para= tur, & nihil est in mente quin fuerit prius in sensib; perceptum. Ex quo intelligitur omnem artem na= turae esse imitationem, sed natura fieri, ut ex eodem genere dissimilitudo nascatur. Homines enim cum inter se dissimiles sint, similitudine continguntur & quamquam

## DE I M I T A T I O N E.

quanquam alij coloratores, alij pallidiores, alij ue-  
nustiores, alij proceriores sint, una tamen est omni-  
bus figura & forma. Illos autem quibus aut crus,  
aut manus, aut brachia desunt, non omnino ex ho-  
mini genere excludendos, sed aut mancos, aut clau-  
dos appellandos putarem. Sic eloquentie una est  
ars, una forma, una imago. Qui uero ab ea decli-  
nant sepe distorti, sepe claudi reperiuntur. Aspi-  
ce nunc eos homines qui sibi elegerunt M. Tullium  
imitandum, quantum ab eo distent, quantum etiam  
inter se dissimiles sint. Profluentem quandam sine  
modesta ubertatem Liuius arripuit, acumen Quin-  
tilianus, sonū Lactantius, lenitatem Curtius, elegan-  
tiā Columella: quoruū cum esset unum propè imitan-  
di propositum, nihil est tam dissimile, quam ipsi in-  
ter se, nihil tam distans (si comparent) quam ipsi  
a Cicerone. Ex quo intelligi maxime, & cum iudi-  
cio ponderandam esse imitationem, & cum ipsum  
hominem mirabilem fuisse, ex quo tam diuersa inge-  
nia, tanquam ex perenni quodam fonte defluxerint,  
omnino Politiane certis autoribus insistendum est  
quibus ingenia formentur, & tanquam alantur. Re-  
linquunt enim in animis semina, que in posterum per  
seipsa coalescunt. Qui autē neminē imitari, & sine  
cuīsquā similitudine laudem consequi uideri uolunt  
nihil (michi crede) roboris, aut uirium in scribendo

PAVLI CORTESII EPIST.

præ se ferunt: & illi ipsi qui se niti dicunt ingenij sui  
præsidijs, & viribus, facere non possunt, quin ex  
aliorum scriptis eruant sensus, & infercant suis, ex  
quo nascitur maxime uitiosum scribendi genus, cum  
modo sordidi, & inculti, modo splendidi, & floren-  
tes adpareant, & sic in toto genere, tanquam in u-  
num agrum plura inter se inimicissima sparsa semi-  
na. Fieri enim non potest, quin uaria ciborum ge-  
nera male concoquuntur, & quin ex tanta collu-  
tione dissimillimi generis inter se uerba collidantur  
Nec minus huius corruptæ orationis asper concur-  
sus aures ferit, quam ruentium lapidum fragor, aut  
strepitus, aut quadrigæ transcurrentes. Quid enim  
uoluptatis afferre possunt ambiguae uocabulorum  
significationes, uerba transuersa, abruptæ senen-  
tiae, structura salebrosa, audax translatio, nec fœ-  
lix, ac intercessi de industria numeri? Quod necesse  
est in his omnibus accidere, qui ex singulis sensus,  
& uerba erunt, & neminem imitantur. Horum sa-  
nè omnis oratio est tanquam Hebreorum domus,  
quibus sunt ad quoddam tempus diuersorum homi-  
num bona oppignerata. Nam ibi & lacerne, &  
amictus, & penule, & multorum sepe pallia suspen-  
sa internoscuntur. Ego autem tantum interesse pu-  
to inter eum qui neminem imitantur, & qui certum  
ducem conjectatur, quantum inter eum qui temere  
uagetur

## DE IMITATIONE.

uagetur, & qui recta proficiscatur. Ille deuius inter spinas uolutatur, hic autem ex proposito itinere ad constitutum locum, sine lapsu, & molestia contendit. Præterea Politiane sic habe, neminem eloquentiae laudem consecutum, qui non sit in aliquo imitationis genere uersatus. Apud græcos non modo oratores, Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, & Demarchus, sed etiam illi ipsi philosophi, uirtutum magistri, alicuius imitatores esse uoluerunt. De nostris hoc loco taceo, ne uidcar tibi uini omni doctissimo, quasi scholam quandam explicare. Nec item aliquid de M. Tullio dicendum puto. Exploratum est iam illud omnibus, ut qui se ad M. Tullium effingendum contulerit, si minus aliquam imitandi gloriam assequatur in eo tamen ornatur, quod illum sibi elegerit exprimentum, ut illud fuisse naturæ, & ingenij uideri possit, hoc iudicij.

Vale.

# PHILIPPVS

MELANCHTHON DE IMI-

tatione, ex secundo Rheto=

ries libro.



N ipso uestibulo huius operis  
admonui præcepta inuenta es=  
se, nō ut eloquentes efficerent,  
sed ut uiam ac rationem osten=  
derent adolescentibus iudican=  
di de disertorum orationibus. Nam imitatio, si na=  
tura non repugnet, sicut aliarum rerum artifices,  
ita & eloquentes efficit. Cognitis igitur præceptis,  
proponat sibi quisq; disertorum exempla, in quæ to=  
to animo, totaq; mente intueatur, ut ea effingat, atq;  
exprimat. Si quis est enim qui iudicat imitationem,  
quum in alijs artibus maximam uim habeat, in una  
eloquentia inutilem esse, huius error non solum gra=  
uissimis doctorum testimonijs, sed planè sensu com=  
muni reuelliatur. Nam quod quedam inter disertos  
controversiae sunt de imitatione, disputatio est, non  
utrum imitatio necessaria sit, sed de partibus artis  
dissentunt, quarum uidelicet partium imitatio ne=  
cessaria sit. Ego itaq; ut ostendam adolescentibus,  
quomodo instituere animum ad imitandos bonos au=  
tores

## DE I M I T A T I O N E .

tores debeant, breuiter exponam meam, de tota re  
sententiam, quam sfero studiosis iuuibus non inu-  
tilem futuram esse. Sæpe autem diximus eloquentiā  
rebus ac uerbis contineri, rerum autem inuentione  
ac dispositionem esse, eloquitionem ad uerba perti-  
nere. Quare initio sciendum est, generalem quan-  
dam imitationem rerum esse, quam ideo sic uoca-  
mus, quia bonos omnes in inuentione ac dispositione  
rerū imitari licet. Observabit enim diligens lector,  
quibus ex locis boni autores ducant exordia, unde  
sumant amplificationes, quomodo tractent locos cō-  
munes, & affectus, quomodo cōclicant animos, quo  
modo perturbent, quām tempestive ac parcē asper-  
gant sententias, quām diligenter conseruent deco-  
rum, quanto consilio disponat partes in causis. Vbi  
præparent auditorem, ubi narrent, ubi disputatione,  
ubi refutent aduersariū, quomodo in Epilogis ad-  
dant motus & affectus orationi. Itaq; & si unus  
Cicero maxime excellit etiam in his uirtutibus, ta-  
men alij quoque non solum Latini, sed etiam Græci  
exercere & acuere studiosos possunt, si locos atque  
consilia eorum in inueniendo ac disponendo imiten-  
tur. Et interdum gloriosum erit, res easdem ab illis  
sumptas, ad nostras causas apte transferre. Quem  
admodum multa uidemus Ciceronem ab Isocrate, à  
Platone, & à Demosthene sumpsisse. Quanquam

Eloquētia  
rebus ac  
uerbis con-  
tinetur.

PHIL. MELAN.

hoc magis præstandum est, ut discamus similia exemplorum gignere: sicut boni pictores non mutuantur, sed imitantur formas ac gestus uiuorum corporum.

Est ergo generalis quædam imitatio cloquutionis, quod ad grammaticum sermonum attinet, qui non solum latina uerba, sed etiam phrasin latinam requirit. Quum enim hoc tempore tota nobis latina lingua ex libris discenda sit, facile iudicari potest in hac parte, necessariam esse imitationem, ut certum sermonis genus, quod ubique et omnibus etatibus intelligi possit, nobis comparemus. Quis enim intelligit istos, qui genuerunt nouum quoddam sermonis genus? quales sunt, Thomas, Scotus, et similes. Certa igitur etas autorum eligenda est, qui propriissime et purissime loquuti sunt. Ac ferè sit, ut prudenter loquantur etiam, qui dicunt purissime. Quare ab his non tantum sermo, sed interim res quoque cognitione digne sumi queunt. Constat autem Ciceronis etate, eloquentiam Romanam perfectam fuisse. Proinde totum illud saeculum nobis imitandum proponamus, uidelicet Ciceronem, Cæsarem, et paulò superiorēm his Terentium, et aliquando inferiorē Luium. Plauto etiam nihil facilius est. Legendus est et Sallustius. Sed in his, quum antiqua et obsoleta quædam uerba extent, obseruandum est, quid receperit Cicero, quem uelut Aristarchum scriptorum omnium

## DE IMITATIONE.

omnium, nobis constituamus. Plinius rerum uocabula nobis conseruauit, & si genus sermonis non probatur. Quintilianus uidetur studiū proprij sermonis maximum habuisse, nec dissimulat se conatuū homines amantes iam corrupti sermonis, ad ueterem proprietatem reuocare. Ab his igitur auctoribus lingua nobis discenda est, cum his colloquendū. Neq; tantum singula uerba à seculo illo mutuemur, sed phrasin, hoc est, nūcta uerba, qualia sunt: dare damnum, facere damnum, dare uerba, capio dolorē. Non enim dicimus, coepit me dolor, dare in casum Rempublicam, & hoc genus infinita. Neq; enim quælibet uoces coniungi solent. Consuetudo igitur Romana in uerbis iungendis imitanda est. Nam & græca & latina lingua, initio ita corruptæ uidentur, quum externe nationes unā cum imperijs eas linguas acciperent, & uerbis quidem bonis uterentur. Neq; enim alia audierant, sed in iungendo peccarent. Inuitatus enim uerborum concursus, nō solum confusam & obscuram orationem, sed prorsus nouam linguam parit. Itaq; quod Cæsar dixit in usitatū uerbum non aliter atq; scopulum fugiendum esse, idem us lib. 1. ca. de uerbis contra consuetudinem iunctis, præcipi iudicemus. Idem & de Metaphoris sentiendum est, quarum nouitas & ambitiosa est, & orationem rediit obscuram. Et supra diximus, uerbum uisum

P H I L . M E L A N .

huius generis esse debere . Nā oratio magna ex parte proprio sermone constare debet . Non igitur discedamus à Ciceronis etate , à qua si uerba , phrasis & figuræ sumemus , oratio erit plana , æquabilis & perspicua , nihil habebit ambiguum , aut ambitiose affectatum , quod uitium nō solum in oratione offendit , sed etiam prodit ingenij uanitatem . Itaq; de hac generali imitatione phrasis , recte iudicat nonnulli , bonos omnes imitandos esse . Nam sermonem melius discimus , cum pluribus colloquentes , si tamen commendate loquantur . Non enim numero inter bonos , aut illos incepitos antiquitatis amatores , qui horribile quoddā sermonis genus habent , quod Ciceronis etate prorsus excoleuerat , aut hos qui post Quintilianum tempora extiterunt , qui iudicio lapsi summam ingenij laudem crediderunt eſe , nihil simpliciter ac proprie eſſerre , & figuræ gignere quam maxime prodigiosas , quo genere delectati sunt Apuleius , Siodnius , & alij multi . Iurisconsultis uero merito truitur laus proprij sermōis , quare etiamſi propter rerum cognitionem non legerentur , tamen propter Latinæ linguae proprietatem legendierant .

Sed præter hanc generalem imitationem inuenitionis , dispositionis , uerborum phrasis , & figurarum specialis quædā est estimatio Ciceronianæ compositionis : de qua inter doctos quedam controuerſia eſt ,

## DE IMITATIONE.

sia est, utrum operæ premium sit in ea imitanda elaboare. Est enim peculiaris quædam collocatio membrorum orationis apud Ciceronem, quæ non solum æquabiliorum reddit orationem, sed plurimum etiam ad perspicuitatem conducere uidetur. Atq; ego ita statuo illam ipsam cōponendi rationem, ut cæteræ artes, initio, propter necessitatem, aut certe insignē utilitatem desideratā atq; animaduersam eſſe. Postea deprehensa uia, sequuta est utilitatem uoluptas. Multa enim non ferenda uitia deprehenduntur in his, qui incomposita dicunt. Primum coaceruant sententias male cohærentes, & in his ipsis ſæpe grammaticum uocum ordinem perturbant Hyperbatis. Huius rei exemplum eſt uidere in exordio Plinianæ præfationis, cuius membra, in mea Paraphrasi partim exempti, partim ordine disposui, ut principalis sententia clarius conficiatq; intelligi poſſet. Apud Sallustium in orationibus extant grauiſſimæ sententiæ de cauſis maximarum mutationum publicarū, & hæ uerbis efferuntur optimis. Et tamen oratio non ſatis dilucida eſt. Neq; uero defuit homini perito, & uersato in Republica iudicium, aut patrius sermo. Sed cōpositio deest, quare quam sententiæ quæſi trūcatæ atq; interruptæ reciētur, fit oratio ſubobscura. Deinde crebro accidit, ut hi qui dicunt incomposita, relinquant imperfecta & mutila argua-

PHIL. MELAN.

menta. Alicubi antecedens reperias sine consequente: utar enim Dialecticis appellationibus, quae sunt notae omnibus. Hoc in Pliniana præfatioe sit aliquoties: Nam ibi antecedens est. Quā plurimum interest, sortiatur quis iudicem an eligit, multumq; apparatus interest apud invitatum hospitem & oblatum. Deinde relinquunt imperfectum argumentū, quare intelligi nisi ab attento lectori non potest. Erat enim addenda cōclusiones in hanc sententiā. Quū inuitatus hospes maiore apparatus requirat, quā casu oblatus, ego iure reprehendi queam: quod quū te ad hos libros legendos ultrò inuitavi, non præstisti, ut tuo iudicio satisfacerent. Sed plus negotijs fuerit alteram similitudinem absoluere. Quid? quod idem autor non solum argumenta relinquit imperfetta, sed etiam in Grammatica constructione quedā relinquit ἀνάπτυξιν, quod uitiosissimum est. Sunt & alia incompositæ orationis incommoda, sed ego illa recitare uolui, que adolescentes iudicare facile possent. Multum igitur ad rerum perspicuitatē diligentia componendi consert. Quanquam autem in tanta uarietate ingeniorum alium natura ad aliud dicendi genus ducat, & his nostris temporibus perfecta eloquentia sperari non posset, tamen generalia quedam præcepta trademus: non tantum his, qui solam Ciceronis cōpositionem imitaturi sunt profutura,

## DE IMITATIONE.

futura: sed ut mihi quidem uidetur, necessaria quo-  
cunq; in genere dicendi uersemur. Quæ tamen si  
quis obseruauerit, facilius intelliget Ciceronis com-  
positionem, quæ quum longe sit optima, præclare fa-  
cere iudicandi sunt, qui summa cura, summoq; stu-  
dio effingere eam conantur. Etsi enim ea in re ipse  
non elaborauit, nemo enim monebat aut norat ista,  
me adolescentे, & postea meo quodam fato incidi  
in quædam negotia, quæ ad hæc studia colenda non  
tantum mihi, quantū uellem temporis concedunt, ta-  
men ad officium meū pertinere existimo, ut quæ sunt  
optima, pro uirili demonstrem. Nam Politianus pa-  
rū liberaliter facit, qui uidetur ideo deterrere alios  
ab imitatione Ciceronis: quia quū se natura ad aliud  
dicendi genus deduci intelligeret, iudicio uideri uo-  
luit, id quod ipse consequutus non esset, improbare.  
Ego uero ita statuo, artificiū facienda orationis nō  
ualde dissimile esse poëticæ. Vt aut stultissimum fuerit  
ei, quē uelis Elegiam scribere, Horatij Odas, aut Sa-  
tyras potius proponere, q̄ Ouidium, aut Tibullum:  
ita imprudenter iudicare arbitror istos, qui in facien-  
da oratione nihil interesse putant, quos autores se-  
quantur. Nā ut illi Elegiæ studioſo plurimū legendi  
erūt Elegiaci Poëtæ, et quidē præstantissimi: et elabo-  
randū erit, ut aliquā illorū similitudinē cōsequatur:  
ita in soluta oratione legēda erūt optimæ exēpla, &

## PHIL. MELAN.

efficiendum, ut horum quasi colorem ducat oratio.  
Quanquam autem multi propter imbecillitatem ingeniorum, & naturae dissimilitudinem in imitatione Ciceronis successus parum secundos habeant, tamē illi ipsi longe plus proficient in Cicerone legendis, quam si deteriora exempla sequerentur. Quamvis enim isti aridi non poterunt effingere diuinam illam compositionem, quam etiam Romanis temporibus nemo & equalium Ciceronis, qui quotidie dicentem audiabant, exprimere potuit: tamen hoc ad sequentur, ut oratio sit & quabilior & uberior. Et sunt aliae uirtutes infinitae Ciceronis, quarum uel umbram referre non exigua laus erit, atq; ego uel obscura linea=menta Ciceronis malim, quam naturā Politiani, aut Gellij faciem. Cur autē prudens p̄ceptoꝝ naclis ingenium fœcundum & copiosum, non hortetur, non incitet, ut cōplete Ciceronē, & in eū tota mente, totoq; animo intueri, & ad ipsius exemplum totum se componere studeat, ut quantum ingenio, industriaq; consequi poterit, non tantum ab eo uerba ac phrasin sumat, sed etiam effingat compositionē. Quia in re successus nō est desperandus his, qui mediocriter à natura adiuuantur. Neq; ego ab alijs bonis autoribus hunc imitatorem arcendum puto, nā ab his quoq; adiuuabitur: uerum ut à Poëtis Ora=tor, aut à pictoribus statuariis. Quanquam enim statuari=

## D E I M I T A T I O N E .

Statuarius multū ab arte uicina ad suum usum trans  
ferre poterit, tamen ita erit intenius in artis sue ex  
emplum atq; ideam, ut obseruet, quæ cum illa Idea  
consentiant, ne procul ab ea discedat. Neq; uero  
is imitari Ciceronem dicendus est, qui excerptas ex  
illo sententias ac uersus quasi centones cosuit, quæ=  
admodum facere nonnullos uidemus. Sed <sup>Ex</sup> iiii si=bi quisq; faciat, ut ultrō se Ciceronis uerba offerant  
quæ quum ita coniungimus, ut res nostras explicitent  
tamen collatio & series partii debet habere quan=dam Ciceronis similitudinem. Ceterum, ut Vergilius ab Homero multos uersus sumpfit, ita decebit  
& nos interdum aliquod membrum aliunde mutua=ri, sitamen habeatur ratio decori. Seruendum est  
enim temporibus ac locis, quemadmodum Vergilius  
& si ad imaginem Homeri se totum composuit, ta=men illa prudenter uitauit, quæ Romanis moribus  
non congruebant. Ac ne uerba quidem repudiabit  
imitator, quamuis ignota Ciceroni, quæ causa po=stulat, ut in controuersijs Theologicis utendum est  
appellationibus Christi, Ecclesiae fidei pro fiducia, et  
& alijs similibus. Quia enim res illas à sacris lite=ris mutuannur, sermonem illarū eò nos sequi, opor=tet, ne res dissentientes à scripturis afferre uidea=mur. Quare meritoridentur inepti quidam, qui  
pro fide persuasionem, pro Euangelio cœlestem

PHILIP. MELAN.

Philosophiam, & alia similia dicunt, in quibus sepe fit, ut germanam significationem illarum uocū quas aspernantur, non reddant: Id non est illustrare res difficiles dicendo, sed obscurare atq; corrumpere. Quid quod isti somniant imitationem non in Phrasī & collocatione, sed in singulis uerbis esse? qua in re pueriliter errant. Nam Cicero etiamsi interdum uerbis utebatur ignotis populo Romano, multa enī à Philosophis, & ex Græcis historijs sumit, tamen Ciceroniano more dicebat. Collocatio enim & uniuersum corpus orationis Ciceronem referebat.

Quū:gitur eloquentiæ studiosi præcipue in hac parte elaborare debeant, ut Ciceronem imitantur atq; effingant, præcepta quædam adscribemus, ne intelligere compositionem studiosi facilius possint. Legent enim Ciceronem libentius, & proprius expri-  
ment, si uirtutes intelligent. Et quoniam de imitati-  
one locorum inuentionis, de similitudine dispositi-  
onis, item uerborum & phrasis diximus, reliquū  
est, ut uiam quandam componendi ostendamus.

Primum in Compositione præceptum est, ut sit iustus ordo sententiarum, quem quidem in narratio-  
ne seu expositione facti seruare facile est. Verum in  
exordijs & in probationibus seruare difficultius est.  
Primum autem ponī solet aliqua propositio suę  
cuiusq; partis in oratione. Deinde subiicitur ratio,

Postea

## DE I M I T A T I O N E.

Postea sequitur ratiois expositio, aut amplificatio, interdum sequitur simile, aut dissimile, aut aduersaria, quae quasi noue orationis initium est. Et in his partibus perpetuo uersatur Ciceronis oratio. Alijs coaceruant sententias longius inter se distantes, & plerasq; relinquunt quasi truncatas, & nonnunquam admissent alienas. At Cicero apte complectitur omnia que ad rem pertinet, eaq; ita connectit, ut inter se membra proxime coheret, uelut Dialecticæ probationes. Et dum inter haec septa coercet orationem, nihil intempestive intertextit alienum, & inchoatas sententias absoluunt, & exædificat. Exemplū sumemus ex oratione notissima pro Archia, ubi prima exordij propositio est. Debeo Archiae reddere gratiam ex hac facultate dicendi. Hæc est enim summa propositionis, quam uestiuit Cicero quibusdam ornamentis, ut sonus esset plenior. Sequitur ratio, quia Archias adiuuit hæc mea studia eloquètiae. Deinde sequitur conclusio argumenti per comparationem. Ergo si alijs eloquentia mea opem tulit, maxime debet isti opem ferre, à quo adiuta est. Postea sequitur aduersaria, continens nouum locum, nouam propositionem. Non est alienum, Oratorem à Poëta adiuuari. Ratio, quia omnes artes inter se cognatae sunt, quare alia adiuuat alia. Postremo sequitur alia aduersaria. Quanquam autem hic ordo sen-

P H I L . M E L A N .

tentiarum magis ad inuentionem, aut dispositionem,  
quam compositionem pertinere uidetur, que est in  
quadam concinna collocatione uerborum: tamen si  
quis recte considerabit, intelliget uniuersae composi-  
tionis fundamentum esse, iustum sententiarum ordi-  
nem. Nam absq; eo nullæ Periodi cohærebūt, quod  
in componendo præcipue fieri oportet. Plurimum  
autem prodest ad intelligendum Ciceronē, hoc mo-  
do distribuere sentētias, & uidere unde nascantur,  
& quomodo consentiant: quod si quis animaduer-  
terit, scribet & ipse melius cohærentia.

Proximum autem præceptum est, ut sententiae il-  
le in magna parte orationis illigentur Periodis.  
Quid autē sint Periodi, quid κῶλα, quid κόμμα=  
το, tradunt Grammatici. κῶλον enim est unica in-  
tegra sententia: ut, Quæ homines arant, nauigant,  
aedificant, omnia uirtuti parent. κόμμα pars est  
coli: ut, nauigant, aedificant. Periodus autē constat,  
ut minimum ex duobus colis.

Colon.

Comma.

Periodus.

Dicitur autem Periodus, seu latine circuitus, aut  
circumductio, quia colligit plures sententias, parti-  
culis rationalibus, causalibus, relatiis, comparati-  
uis, aduersariis, interdum etiam copulatiis. Exem-  
pla sunt ubiq; obvia apud Ciceronem. Quanquam  
michi semper frequens conspectus uester multo iucun-  
disimus, hic autem locus ad agendum amplissimus,

ad dicen-

## DE I M I T A T I O N E.

ad dicendum ornatissimus est uisus Quirites, tamen  
 hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq; maxime  
 patuit, non mea me uoluntas, sed meæ uitæ rationes,  
 ab ineunte ætate suscepitæ prohibuerunt. Turpe est  
 Stoicis ignorare Zenonis decreta: quanto turpis  
 et indignius est Christi decreta nescire Christianos,  
 Pro Archia: Etiam illud adiungo sèpius ad laudè  
 atq; uirtutem, naturam sine doctrina, quìm sine na-  
 tura ualuisse doctrinam. Pro Marcello: Tantus est  
 enim splendor in laude uera, tanta in magnitudine  
 animi ex consilij dignitas, ut hæc à uirtute donata,  
 cetera à fortuna còmodata esse videantur. Hæc ex-  
 empla recito, ut adolescentes discant, non illas tan-  
 tum periodos dici, que inchoantur à coniunctioni-  
 bus, sed etiā per aduersariás, per comparationes  
 apte cōnecti plura κῶλα. Est et simplicius quod-  
 dam genus, quod Demetrius uocat historicum, qua-  
 le est hoc: Inferimus bellum, infestisq; signis descen-  
 dimus in Italianam, tanto audacius fortiusq; pugnati-  
 ri, quanto maior spes, maiorq; animus inferentis est  
 uim, quam arcentis. Initium non habet particulam  
 circumducentem, ideoq; simplicior esse forma vide-  
 tur. Huius generis sunt et hæc: Suscepit iniunctam  
 legationem, ut principi, quemadmodum debere se iu-  
 dicabat, morem gereret. Alia forma que initio ha-  
 bet circumductiones, uidetur esse uolubilior, et, ut

P H I L M E L A N.

inquit Demetrius, efferrī ore rotundo, & circumacta manu. Has tamen formas proposui, ut uarietatem Periodorum studiosi facilius agnoscerent.

Ordo sententiarum de quo paulo ante dixi, res perspicua reddit. At Periodi forma prodest ad connectendas sententias, & addit pleniorē sonū orationi. Danda igitur erit opera imitatori, ut in Periodis faciendis Ciceronis exēpla effingat. Neq; tamē constat oratio tota Periodis. Sunt enim interdum singula colla, uelut interualla, inter Periodos ponenda. Et exordia ac syllogismi magis recipiūt Periodos, quā narrationes, quæ magna ex parte habent colla:

Contentiones uero ac disputationes rarissimas habent Periodos. Constant enim brevibus quibusdā membris quasi aculeis. In narrationibus facile est agnoscere sciuncta κῶλα: ut, Milo domum uenit, calceos & uestimenta mutauit, paulisper dum se uxor, ut sit, comparat, commoratus est, obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitiibus. Pro Cluentio: Frater mortuus est, h̄er edemq; Magium reliquit. Postea Magia mortua est. In talibus si quis κῶλα conueteret, rerum scriiem corrumperet. In contentionibus, ut pro Ligario: Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat, cuius latus ille mucro petebat, qui sensus erat armorum tuorum

## DE I M I T A T I O N E.

orum, quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi, quid cupiebas, quid optabas? Plenæ sunt disputationes in Philosophicis libris, brevibus membris, ut: Minime mirum id quidem. Nam efficit hoc Philosophia, medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Non dū absoluimus precepta cōpositionis. Nam quæ hactenus tradidimus, & si à Cicerone fūnt accuratissime, tamē & alij boni scriptores reperiuntur, qui non omnino negligentes sunt in ordine sententiarum, & qui aliquo modo Periodos faciunt. Verum ad hæc addit Cicero duas res, quæ sunt ipsius maxime propriæ, scilicet, quod uerbis ornat singula membra, penè ut sit in poëmatiis. Et quia hæc ornamenta Periodum explent, efficiunt concinnum & numerosum quiddam. At stultū est nunc de numeris præcipere, quum sonus lingue Latine hoc tempore non sit nativus. Illud tantū habebitur, in quo copiæ laus est, ut ornare sentētias uerbis imitator discat. Quod cū faciet, oratio erit uberior ac mollior. Periodum sponte sequūtur numeri. Pro Archia poterat Cicero simpliciter dicere: Debeo Archie reddere gratiā ex hac facultate dicēdi. Sed uide quomodo ornauerit, extenuat uires suas. Si quid est ingenij quod sentio quām sit exiguum &c. Deinde partitur facultatem in tria membra, in inge-  
nium, exercitationem, & doctrinam. Nam his tri-

P H I L · M E L A N .

bus rebus artes continentur . Illud sciet etiam imita-  
tor , quod modus in ornando obseruandus sit . Nihil  
enim odiosius est inani ostentatioe ornatus , qui nun-  
quam debet uideri ociose accessitus , sed ad illustran-  
dam caussam , necessario adhibitus esse .

Hec si studiosi in lectione Ciceronis obseruabūt ,  
meo quidem iudicio rectius intelligent autorem opti-  
mum , & uirtutes omnes proprius afficiunt . Neq; ue-  
ro hæc utilitas exigua iudicanda est , etiam si nō pro-  
cedat imitatio . Et tamē si conniti uolent isti , qui ad-  
iuātur à natura , intellectas uirtutes , aliqua ex par-  
te effingere poterunt . Quod si hæc diligentia com-  
ponendi nihil nisi puerilem ostentationē ingenij ha-  
beret , non esset , cur huius partis imitationem ualde  
requirendam putarem . Sed quum maximas adferat  
utilitates , digna mihi res uidetur , in qua si qui nō de-  
stituuntur ingenij uiribus , elaborent . Fit enim ora-  
tio magis dilucida , si apte cohærent sententiæ , si nō  
relinquātur imperfecta mēbra , aut argumenta , si ex-  
tent atq; emineant ille partes quas præcipue cōspici-  
pdest , si quis ornatus quasi uestitus accesserit , si me-  
diocria sint Periodorū spacia , si nō sint dissipatae Pe-  
riodihyperbatis . Verissimū n̄ illud est , quod scribit  
Cicero , uerā specie ac pulchritudinē cū utilitate con-  
iunctā esse , cuius rei tū in natura , tū in artiū opibus  
maximeq; in ædificijs infinita exēpla ostēdi possunt .

Nam

## DE I M I T A T I O N E.

Nam illa in ædificijs apta partium proportio nō minus habet utilitatis, quam decoris. Quare existimandū est et hanc harmoniam collocationis in oratione non solum propter uenustatem, sed etiam propter certam utilitatem animaduersum esse. Idq; ex eo intelligi potest, quod uidemus homines prudentes, sed rudes harum nostrarum artium, summa diligentia componere et struere orationem, qui id faciendum putant, non uoluptatis, sed necessitatis causa, uidelicet, nequid confuse, ne quid obscure, ne quid intempestue, aut alieno loco dicant, ne quarelinquant mutila, et pendentia membra. Deniq; non solum perspicuitatis, sed etiam dignitatis rationem habendam esse in scribendo sentiunt.

Atq; hi partium usū cognoverunt, partim sine doctrina, ui ingenij perspiciunt, in magnis et graviis causis orationem perspicuam, et in qua aliquid dignitatis sit, requiri. Quod quū ita sit, quumq; natura ducat homines prudentes ad componendā orationem, decet eruditos perfectū aliquod exemplum collocationis querere, ad quod se in facienda oratione referant. Turpe est enim eruditis, neq; uim humani rei intelligere, neq; rationem requirere, quū harum artium rudes perspiciant, et quanta uis sit cōpositionis, et iudicent res magnas sine hac diligētia explicari non posse. Mira autem ingenij fiducia

P H I L . M E L A N .

est in hac parte longe difficilima, repudiare exempla, atq; aspernari imitationem, quum in alijs leuioribus artibus homines sine exemplis, atq; imitatione parū proficiant. Et uulgo ita dici solet: Sibi queng; pessimum esse magistrum, quod non solum in artibus, sed in moribus & in omni uita cernimus. Quū igitur hæc ars sine exemplo atq; imitatione perfici nō poscit, & inter peritos constat perfectissimā esse Ciceronis compositionem, præclare facere iudicandi sunt, qui hunc autorē sibi proponunt: ut quū alias eius uirtutes, tunc etiam collocationem effingant.

Quum enim omnino aliqua collocandi atq; ordinandi ratio necessaria sit, id quod experientur in magnis causis etiam illiterati, prudentia est exemplum eligere optimum. Nam & Cicero propterca uidetur melius compoſuisse quam cæteri, quia excellentes artifices imitatus est. Sequutus est enim exemplum Isocratis, quum alij contenti uulgari quadam forma orationis nihil melius quererent, aut perfectius. Neq; ab hac sententia eò ducor, quod magni extiterint Oratores, qui non compoſuerunt more Ciceronis. Neq; enim similis est Lysiae compositio Ciceroniana. Ego uero non ignoro, dissimiles esse in componendo magnos autores. Ac ne Cicero quidē eodem modo componit omnia. Verum hoc habent communę excellentes artifices omnes, quod sententias ordi-

## DE IMITATIONE.

tiis ordine distribuunt, etiam si Periodos non eodem modo faciunt. Deinde quod aliqua membra uerbis illuminant. Et hac in re præcipue excellunt hi, qui uocantur Attici, quod efficiunt, ut apte cohereant sententiae, etiam si Periodos non deuinciunt. Nam ex bonis et præstantibus autoribus nemo tam ignavius fuit, ut sine omni cura collocationis orationem congereret. Ac Cicero etiam, quum non admodum accurate textit Periodos ( est enim liberior oratio in epistolis et Philosophicis libris ) tamen hoc nomine superat alios, qui nullam adhibuerunt in compo- nendo curam, quod cauet, ne concurrant sententiae longius distantes, aut male cohaerentes, aut ne quid relinquatur imperfectum. Hec non cauent Sallustius, Seneca, Plinius, et alij recentiores. Quare etiam si non omnes compositionis partes effingemus, tamen illum sententiarum ordinem atq; absolutio- nem magis poterimus in Cicerone, quam in alijs cer- nere. Ac si quem omnino delectent incomposita, nul- lius oratio apud Latinos æquabilior est, quam Cice- ronis, etiam quum se eximit ex illis vinculis artis, de quibus ipse in perfecto Oratore præcipit. Rectius igitur hunc imitabimur, quam alios, aut tristes, horridos, concisos, aut supinos, et longius iusto fluentes, et plenos hyperbatis, et quitemere sententias congerunt. Nos adolescentuli incidimus in Politiae

PHILIP. MELAN.

num & posteriorem Plinium, quorum nos inuitabat  
 subtile, argutæq; sententiole, quibus abundat uter-  
 que. Delectabant in his & alij quidam flosculi, ha-  
 bent enim dicta quedam belle detorta. Sed argutiæ  
 illæ sententiarum & belle dicta, mirum in modum  
 amantur à iuuenibus & imperitis, & placet in scho-  
 la ludentibus: sed in serijs negocijs nihil est ineptius  
 atq; inanius illis affectatis argutijs. Quid autem  
 assequit fumus horum lectione? Primum aridi-  
 ores facti sumus, quim natura paru uberes effemus  
 dcinde illas inanes argutiolas, quas præcipue aufer-  
 bamus, postea intelleximus nobis abiiciendas, ac de-  
 discendas esse. Quanto melius consuluerint nobis  
 præceptores, si & aa Ciceronis lectionem discipu-  
 los assuefecissent, & docuissent, non solum uerba ex  
 Cicerone excerpere, sed etiam Phrasin imitari, &  
 totam orationis formam, hoc est, sententiarum or-  
 dinem atq; ornamenta imitari. Ego itaq; non tantu  
 in schola, sed magis usu rerum doctus, comperi nul-  
 lius generis imitationem plus conducere, his quibus  
 res serie & magna tractande sunt, quam oratio-  
 nis Ciceronianæ. Et instruxit artifices cuiuslibet ge-  
 neris Cicero: quia non solum orationes & Episto-  
 las reliquit, sed etiam disputationes.

Nec difficile erit intelligere lectori non stulto, si  
 in hæc exempla intuebitur, quid in quolibet genere  
 deceat

## DE IMITATIONE.

deceat, qualis oratio conueniat Epistolis, quas sepe de maximis rebus, & ad summos Principes scribimus, qualis oratio in narrationibus, laudationibus, in uituperationibus, qualis in disputationibus probetur. Quare studiosi omnes adhortandi sunt, ut quam plurimum legant Ciceronem, & ab eo primū uerba ac phrasin mutuentur. Deinde consilia eius in inueniendo ac disponendo considerent. Postremo totam orationis formam, hoc est, sententiarum ordinem, exornacionum copiam, atque modum, quantum ingenio ac studio consequi poterunt, imitari concen-  
tur. Ut enim Elegiacus ille, de quo suprà dixi, sine controuersia melior euadet ex Ouidij lectione, quā si legat Odas Horatij: & Heroicus scribet sœlici-  
us, si sequetur Vergilij proprietatem: & in ordi-  
nandis atque absoluēdis membris Oeconomiam, quā si Lucanum, aut Statium, qui sunt improprij, inflati, & obscuri, imitetur. Ita dubitari non debet, quin ille noster imitator ex lectione Ciceronis melior, quam ex alijs autoribus futurus sit. Quum enim in poëti-  
ca maximam vim esse imitationis appareat, dubitari non debet, quin & in hac uicina arte plurimum polleat. Tanta est enim inter has cognatas artes si militudo, ut plerique illustriores loci Ciceronis ac Liliij recte existimanti, poëmata iure dici possint.

F I N I S.

# DE IMITATI

ONE EX LIBRO X. CAP. II.

Orat. Institut. M. Fabij ~~Quintilia~~  
in clarissimi oratoris.



X his, ceterisq; lectione dignis  
autoribus, & uerborum sumen=  
da copia est, & uarietas figura=rum,  
& componendi ratio, tum  
ad exemplum uirtutum omnium mens dirigenda.  
Imitatio  
magna  
pars artis. Neq; enim dubitari potest quin artis pars magna co-  
tineatur imitatione: nam ut inuenire primum fuit,  
estq; præcipuum, sic ea que bene inuenta sunt, uti-  
le sequi. Atq; omnis uitæ ratio sic constat, ut quæ pro-  
bamus in alijs, facere ipsi uelimus. Sic literarum du-  
ctus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic Mu-  
sici uocem docentium, pictores opera priorum, ru-  
stici probatam experimento culturam, in exemplu  
intuentur, omnibus deniq; disciplinæ initia, ad pro-  
positū sibi præscriptum formari uidemus. Et Hercle  
necessæ est, aut similes aut dissimiles bonis simus. Simi-  
lem raro natura præstat, frequenter imitatio. Sed hoc  
ipsum quod tanto faciliorem nobis rationem rerum  
omnium facit, qāum fuit his qui nihil quod sequeren-  
tur habuerint, nisi caute & cum iudicio adprehen-  
ditur

## DE I M I T A T I O N E:

ditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit: uel quia pigri est ingenij contentum esse ijs, quæ sint ab alijs inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ sine exemplo fuerunt, si homines nihil, nisi quod iam cognouissent, faciendū sibi aut cogitandum putassent? nempe nihil fuissent inuentum. Cur igitur nephas est reperiri aliquid à nobis, quod ante nō fuerit? An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generaret nos ad querendum non eo ipso cōcitemur, quod certe scimus inuenisse eos qui quæsierunt? Et cum illi, qui nullum cuiusquam rei habuerunt magistrum, plurima in posteros tradiderint, nobis usus illarum rerum ad cruendas alias non prederit, sed nihil habebimus nisi beneficij alieni? Quemadmodum quidam pictores in id solum student ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Turpe etiam illud est, contentum esse id consequi quod imiteris: nam rurus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo quæ sequebatur? Nihil in poësis supra Liuum Andronicum: nihil in historijs supra Pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigeremus, non esset pictura, nisi que lineas modo extremas umbræ, quam corpora in sole fecissent, circumscriberent. Ac si omnia percenseas, nulla sit ars qualis inuenta est, nec intra initium stetit, nisi forte nostra potissimum tem-

pora damnamus huius, infelicitatis, ut nunc demū  
 nihil crescant, nihil autem crescit sola imitatione.  
 Quod si prioribus adiçere fas non est quomodo spe  
 rare possumus illum oratorem perfectum? cum in  
 ijs, quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuen=  
 tus, in quo nihil aut desyderetur, aut reprehendatur.  
 Sed etiam qui summa non appetent, contendere po=  
 tuis quam sequi debent: nam qui agit ut prior sit, for=  
 sit an, etiam si non transferit, & equabit. Eum uero  
 nemo potest æquare, cuius uestigij sibi utiq; insi=  
 stendum putat, necesse est enim semper sit posterior  
 qui sequitur. Adde quod plerunq; facilius est plus  
 facere quam idem, tantam enim difficultatem habet si=  
 militudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita evalua=br/>
 erit, ut non res simplicissime, queq; pares maxime  
 videantur, discrimine aliquo discernantur. Adde  
 quod quicquid alteri simile est, necesse est minus sit  
 eo quod imitatur: ut umbra corpore, & imago fa=br/>
 cie, & actus histriorum ueris affectibus. Quod in  
 orationibus quoq; euenit: nanq; ijs quæ in exemplu  
 assimus, subest natura & uera uis. Contra om=br/>
 nis imitatio ficta est, & ad alienum propositum ac=br/>
 commodatur. Quo fit, ut minus sanguinis ac viri=br/>
 um declamationes habeant, quam orationes, quod in  
 illis uera in ijs assimulata materia est. Adde quod  
 ea quæ in oratore maxima sunt imitabilia non sunt,  
 ingenii

## DE I M I T A T I O N E.

ingenium, & inuentio, uis, facilitas, & quicquid a  
te non traditur. Ideoq; pleriq; cum uerba quedam onis facilis  
ex orationibus excerpserunt, aut aliquos compositiones alias  
tionis certos pedes, mire à se que elegerunt effingi  
arbitrantur, cū & uerba intercidant inualescantq;  
temporibus, ut quorum certissima sit regula in con-  
suetudine, eaq; non sua natura sint bona aut mala:  
nam per se soni tantum sunt, sed prout oportune  
proprieq; aut secus, collocata sunt, & compositione  
cum rebus accommodata sit, tum ipsa uarietate gra-  
tissima. Quapropter ex actissimo iudicio circa  
hanc partem studiorum examinanda sunt omnia.  
Primum quos imitemur: nam sunt plurimi, qui simi-  
litudinem pessimi cuiusq; & corruptissimi concipi-  
tentur: tum in ipsis quos elegerimus, quid sit ad quod  
nos efficiendum comparemus. Nam in magnis quoq;  
autoribus incident aliqua uitiosa, & à doctis, inter  
ipso etiam mutuo reprehensa, atq; utinam tam bo-  
na imitantes dicerent melius quam mala peius dicat  
Nec uero saltem ijs quibus ad euitanda uitia iudicij  
satis fuit, sufficiat imaginem uirtutis effingere, &  
solam, ut sic dixerim cutem, uel potius illas Epicu-  
re figuræ, que ē summis corporibus dicit effluere.  
Hoc autem ijs accidit, qui nō introspectis penitus uir-  
tutibus ad primum se uelut aspectum orationis ap-  
tarunt, & cum his fœlicissime ceſſit imitatio, uerbis

atq; numeris sunt non multum differentes , uim die-  
cendi atq; inuenitionis non adsequuntur ; sed ple-  
runq; declinant in peius , & proxima uirtutibus ni-  
tia comprehendunt , suntq; pro grandibus tumidi ,  
pressis exiles , fortibus temerarij , letis corrupti , cō-

\* Quam- positis exultantes , simplicibus negligentes . Ideoq;  
vet aliās . qui horride atq; incomposite \* quidlibet illud frigi-  
dum & inane extulerunt , antiquis se parcs credūt .

Qui carent cultu atq; sententijs , Atticis scilicet , qui  
præcisiss conclusionibus obscuri , Salustiū atq; Thu-  
cydidem superant , tristes ac ieiuni Pollionem æmu-  
lantur . Ocioſi ac ſupini , ſi quid modo longius cir-  
cumduixerunt , iurant ita Marcum Ciceronem loqu-  
uturum fuiffe . Noueram quosdam qui ſe pulchre  
expressiſſe genus illud huius coeleſtis in dicendo uiri  
ſibi uiderentur , ſi in clausula potuſſent , eſſe uidea-  
tur . Ergo primum eſt , ut quod imitaturus eſt quisq;  
intelligat , & quare bonum ſit ſciat , tum in ſuſci-

Quedam piendo onere consulat suas uires . Nam quedam  
i nimitabi- ſunt inimitabilia , quibus aut infirmitas naturæ non  
lia. ſufficiat , aut diuerſitas repugnet . Nec cui tenue in

geniū erit ſola ualit fortia & abrupta , cui forte equi-  
dem ſed indomitū , amore ſublimitatis & uim ſuam  
perdat & elegantiā quā cupid , non persequatur : ni-  
hil eſt enim tam indecens , quam cum mollia dure fi-  
unt . Atq; ego illi preceptor , quem iuſtitueram in

libro

## DE I M I T A T I O N E.

libro secundo, credidi non ea sola docenda esse ad  
que quenq; discipulorum natura compositū uidet:  
ur: nam is & adiuuare debet que in quoq; eorum  
inuenit bona, & quantum fieri potest, adjicere que  
desunt, & emendare quædam & mutare. Rector  
enim est alienorum ingeniorum atq; formator. Dif<sup>ferentia</sup> Officium  
filius est naturam suam fingere, sed ne ille quidem optimi  
doctor, quamquam omnia que recta sunt uelut esse præcep-  
in suis auditoribus quam plenissima, in eo tamen cui toris.  
naturam obstatre uiderit, laborabit. Id quoq; utan-  
dum, in quo magna pars errat, ne in oratione poë-  
tas nobis & Historicos, in illis operibus, oratores  
aut declamatores imitandos putemus. Sua cuiq;  
proposita lex suus decor est. Nec Comoëdia in co-  
thurnos assurgit, nec Tragoëdia socco ingreditur.  
Habet tamen omnis eloquentia aliquid communis, id  
imitemur quod communis est. Etiam hoc solet in cō  
modi accidere ijs, qui se uni alicui generi dediderūt,  
ut si asperitas ijs placuit alicuius, hanc etiam in le-  
ni ac remisso caussarum genere non exuant: si tenuis-  
itas aut \* nuditas in asperis grauibusq; caussis pon-  
deri rerum parum respondeant, cum sit diuersa nō \* iucundi-  
caussarum modo inter ipsas conditio, sed in singulis tas aliâs.  
etiam causis partium, sintq; alia leniter, alia aspere,  
alia concitate, alia remisse, alia docendi, alia mo-  
uendi gratia dicenda. Quorum omnium dissimilis

atq; diuersa inter se ratio est. Itaq; ne hoc quidem  
 suaserim uni se alicui proprie, quem per omnia se=  
 quatur addicere. Longe omnū perfectissimus Græ  
 corum Demosthenes, aliquid tamen aliquo in loco  
 melius alij. Plurima ille, sed non qui maxime imitan=  
 dus, & solus imitandus est. Quid ergo? non est sa=  
 tis omnia sic dicere, quemadmodum M. Tullius di=  
 xit? Mihi quidem satis esset, si omnia consequi pos=  
 sem. Quid tamen noceret, uim Cæsar is, asperitate  
 Cælij, diligentiam Pollio nis, iudicium Calui quibus=  
 dam in locis assumere? Nam præter id quod pruden=  
 tis est, quod in quoq; optimum est, si possit, suum fa=  
 cere, tum in tanta rei difficultate, unum intuentes,  
 uix aliqua pars sequitur. Ideoq; cum totum expri=  
 mere quem elegeris penè sit homini in concessum,  
 plurimum bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio  
 hæreat, & quo quicque loco conueniat, aptemus.

Quod cui imitatio autem, nam sèpius idem dicam, non sit tan= que conue tum in uerbis, illuc intendenda mens, quantum suc= niat aliás. rit illis uiris decoris in rebus atq; personis, quod cō= silium, que dispositio, quam omnia, etiam que dele= ctationi videantur data, ad uictoriā spectent. Quid agatur pro cœmio, que ratio, & quam uaria narran= di, que uis probandi ac refellendi, quanta in affecti= bus oīs generis mouēdis scientia, quantaq; laus ipsa popularis, utilitatis gratia assumpta, que tum est pulch=

## DE IMITATIONE.

pulcherrima cum sequitur, non cum arcessitur: hæc  
si peruidcrimus, tum ucre imitabimur. Qui uero  
etiam propria ijs bona adiecerit, ut suppleat quæ  
deceant, circumcidat si quid redundabit, is crit, quæ  
querimus perfectus orator, quem nunc consumari  
potissimum oportebat, cum tanto plura benedicen-  
di exempla supersunt, quam illis qui adhuc  
summi sunt \* contigerant. Nam erit

hæc quoq; laus eorum, ut prio-  
res superasse, poste=  
ros docuisse di-  
cantur.

\*contige-  
runt aliis.

ARGENTINAE PER IOANNEM  
ALBERTVM, ANNO  
M. D. XXXV.  
MENSE MARTIO.

1859943

ANNOTATIONE AG

## CHORIAMBICVM DE VITA

otus in suauis è Greco, Thoma  
Moro autore.

**N**on est cura mihi Gygis,

**Q**ui rex Sardibus imperat.

**A**urum non ego persequor,

**R**eges non miser amulor.

**C**urae est barba suauibus

**V**nguentis mihi perfluat.

**C**urae est ut redolentibus

**C**ingam tempora floribus.

**C**urae sunt hodierna mi,

**N**am quis crastina nouerit?

**T**ornato bene Mulciber

**A**rgento mihi poculum,

**I**am nunc effice concavum,

**E**t quantum potes imbibum.

**E**t fac illud ut ambiant

**N**on currus, neq; sydera,

**O**rión neq; flegibilis.


**V**ites fac urides mihi.

**B**otri fac mihi rideant

**P**ulchro cum Dionysio.







11  
ma  
gen  
pu  
an  
tale  
on  
acis  
cul  
spic  
atus  
m  
ut  
jale  
psin  
o. he  
at  
etur  
up  
un  
ste

fratrib  
uincit n  
erū accu  
u obicit  
uentat  
ati n pū  
luit imp  
o sandui  
ator testi  
y onis inc  
as ut testi  
mioē su  
rū pot. 19  
lematiz  
mosū h  
le quo cā  
usq alt  
um. si u  
lo t in ign  
u. sciat s  
tencie su

tas cog  
e' c'mun  
d necessi  
ui n'asti  
expiat:  
cum i'hi  
at idic  
nina sp̄a  
e s'fitem  
i'india al  
ebent y'n  
.hetic' gu  
calū subst  
re alti n'la  
urat y'gri  
eu necessi  
y' necessi  
biciēdi m'  
cificas fac  
expleat fil  
uit cepta





1786-90

